





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-627313-p0002-7

DFG

DODECAS

Theorematum Juridicorum

Intricatissimam, amplissimam, in foro  
Iudiciorum frequentissimam materiam

10

1631,2.

4  
16.

5.

DE

**PIGNORIBUS ET  
HYPOTHECIS, ANNEXO-  
QUE JURE PRAELATIONIS,**

*Ex utroque Iure methodice, compendiosè,  
ac in tabulâ quasi exhibentium:*

*Quam*

**JEHOVA DUCE TRINUNO,**

**EX DECRETO ET AVTORITATE**

**NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI  
JCTorum Ordinis, in celeberrimâ ac floren-  
tissimâ Universitate Argentoratensi,**

**PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HO-  
noribus, immunitatibus, & privilegiis DOCTORALIBUS  
ritè & solenniter consequendis,**

*Publicæ ac solenni disquisitioni exponit*

**JOANNES Degincf/**

Tremonienfis Weltph.

*Die 23. Mensis Iunij.*


\*\* (:) \*\*

**ARGENTORATI,**

**Excudebat PAULUS LEDERTZ.**

**CIC. IDC. XXXI.**





## THEOREMA I.

**P**ignus (*a*) in genere (*b*) est jus in re, (*c*) pro securitate (*d*) debiti (*e*) creditoris constitutum: (*f*) idq; in pignus in specie, (*g*) & hypothecam (*h*) distingui potest: illud contractu (*i*) nominato, (*k*) re inito, (*l*) interveniente rei traditione: (*m*) hæc vel absq; conventione, (*n*) vel cum conventione pacto initâ, (*o*) sinè traditione, (*p*) propriè constituitur. (*q*)

(a) Quæ vox varijs recipit significatus: quandoq; enim denotat ipsam rem pignori obligatam, *s. fin. I. quib. mod. re contr. obl. S. 7. I. de Act. r. t. ff. Et C. de distr. pign. Et t. t. C. de lexit. pign. quandoq; ipsam conventionem, *I. I. S. fin. ff. de pact. l. I. in pr. ff. de pign. A&E. quandoq; ipsam obligationem, unde nexus pignoris. I. fin. C. si alien. res pign. l. 52. S. 2. ff. de pact. quandoq; ipsum jus in re pignorata creditori constitutum. I. I. S. I. l. 2. l. 8. S. 1. l. 9. in pr. l. 16. Et 18. in pr. ff. de pign. act. t. t. in quib. caus. pign. tac. t. t. que res pign. obl. Et t. t. qui pot. in pign. (b) ut sumitur in *l. I. in pr. ff. de pign. A&E. l. 31. 32. 34. pr. ff. b. t.* unam enim eandemq; vocem modò genericè, modò specificè sumi, in jure nostro tralatitium est: exemplum est in adoptione, *l. I. ff. de adopt. in cognitione, l. 10. S. I. ff. de grad. Et affin. Et c.* (c) quod dispositio ne legis, *infra. th. 2. 3. Et 4. Magistratus, th. 5. testatoris, th. 6. & conventione contrahentium d. th. 6. constituitur. (d) d. S. fin. I. quib. mod. re obl. l. 9. inf. ff. desuppel. leg. Cujac. in par. b. t. Vultej. in I.R. c. 34. n. I. estq; hæc specifica differentia sumpta à fine, per quam distinguitur ab aliis rebus: Et hinc, cum hic sit pignoris finis quoad creditorem, creditor ad alium finem rem pignoratam haud potest transferre: adeo quidem, ut si eâ utatur, furtum committat, *l. 54. pr. ff. de furt. l. 8. C. eod. nisi ejus naturæ res sit, ut fructus ex se ferat, quos perceptos creditor imputat in sortem, aut antichresi contractâ lucratur, & computat cū usuris, quā de re infr. th. 7. lit. K.* (e) quod arguit, pignus esse accessorium alterius principalis obligationis. (licet per se subsistentem & separatam habeat naturam:) Accedit autem obligationi cuiuscunq; sive nascatur ex delicto, (ubi tamen graviora delicta, ob quæ poena corpori infligenda venit, excipio) sive ex contractu, eoq; vero, vel quasi, sive re, verbis, aut consensu inito, sive nominato, sive innominato: sive obligatio sit pura, sive conditionalis, sive præsens, sive futura *l. 5. in pr. l. 13. S. pen. l. 14. pr. l. 15. Et c. ff. b. t.* Sed cùm obligatio sit vel naturalis, vel civilis, vel mixta, quæritur: An etiam his omnibus possit accedere pignus? Naturali tantum accedere probatur. *d. l. 5. in pr. Duaren. ad b. t. de pign. Et hyp. c. I. in f. de mixtâ, naturali scil. & civili simul, vix est dubium, de civili tantum manus hæret dubium, in quo amplector distinctionem, quam post Bart. in l. I. ff. de fidej. n. 3. tradit Bachov. in tract. de pign. l. 2. c. I. n. 4.* (f) Aliter definit pignus Treutl. *& ol. 2. Diff. I. th. I. & Bocer. d. 2. D. 12. th. I. quorū tamen definitiones, nō sunt pignoris in genere, sed in specie dicti, male ab ipsis, in genere de pignoribus disputationibus, disputationibus præfixæ. (g) à pugno dictum (non tam derivatione grammaticâ, quā allusione allegor. cā) quod res, quæ pignori dantur, manu tradantur. *l. 238. S. 2. ff. de V. S. unde etiam volunt à Germanis dici Pfandt / quasi behandt/ VVehner. præf. obs. lit. P. pag. 546.* hinc propriissimè in re mobili constituitur, *S. 7. I. de Act. ejusq; possessio in*****

A 2 credi-

creditorum transit, l. 9. §. 2. ff. de pign. A. VVesenb. ad d. t. n. 1. de quo Iu-  
stin. in §. fin. I. quib. mod. re. Moꝝ. de pign. c. I. n. 9. Negus. part. I. membr. I.  
n. 1. Sich. ad rubr. C. h. t. n. 9. hocq; proprium pignus non in tantum DD. commun.  
in d. §. 7. I. de Act. confer. Bachoꝝ. de Action. Disp. 3. th. 31. (h) ab oꝝd, quod  
est sub, & tunc quod est positio, quasi quædam suppositio. Negus. d. l. nu. 2.  
Ged. add. l. 238. §. 2. ff. de V. S. supponere enim idem est quod obligare, vel  
oppignorare, l. 7. C. de pign. Act. arg. rubr. ff. de reb. eor. qui sub tut. rei ta-  
men obligatæ possessio apud debitorem manet. d. l. 9. §. 2. Oldendorp. de  
Action. claf. 3. Act. 10. (i) d. §. fin. junct. pr. I. quib. mod. re obl. l. 4. ff. b. t. l. 23.  
ff. de R. I. Et c. (k) l. 1. §. fin. juncta l. 7. §. 1. ff. de pact. (l) d. §. fin. I. quib. mod.  
re. ibi q; DD. l. 1. §. 6. ff. de O. Et A. (m) in quo notabiliter differt ab hypo-  
theca, d. l. 9. §. 2. ff. de pign. A. §. 7. I. de Action. ibi q; DD. (n) Vide th. 3. Et  
4. (o) l. 17. §. 2. ff. de pact. d. l. 9. §. 2. l. 18. ff. de pign. Act. l. 4. ff. b. t. (p) d. l.  
9. §. 2. DD. add. §. 7. I. de Act. Et licet alia jura realia non constituantur si-  
ne traditione, l. 20. C. de pact. l. 19. ff. quem ad. ser. amit. tamen speciale  
est in hypothecâ, ut etiam sine traditione jus reale constituatur. l. 18. C. b. t.  
l. 4. ff. de fide instr. l. 1. Et ibi not. Br. ff. de pig. A. idq; est ex Edicto Prætoris,  
quod rem ita afficit, ut quivis possessor teneatur actione hypothecariâ.  
Bach. de pign. l. 1. cap. 3. num. 3. in f. (q) Ex his, & ubiq; citatis tex-  
tibus, differentiæ inter pignus & hypothecam notari possunt: quæ tamen  
differentiæ, quoad effectum juris scil. actionem hypothecariam, §. 7. ibi q;  
Gl. Et DD. I. de Act. non adeo attenduntur, ita ut quoad usum communen-  
hæc duo confundantur, & promiscuè usurpentur. l. 1. in pr. §. 1. §. fin. l. 32.  
l. 34. ff. de pign. act. l. 4. C. quæ res pign. l. 2. C. de prætor. pign. l. 13. 16. ff. b. t.  
Et paſſim. Goth. ad Rubr. ff. b. t. lit. e. Hinc tantum nominis sono differre  
ait Marcianus, in l. 5. §. 1. ff. b. t. Ex quo, attento communi usu loquen-  
di, statutum loquens de pignore, regulariter etiam locum habere in hypo-  
theca, arg. l. 87. Et l. 162. ff. de V. S. l. 92. §. 4. ff. de leg. 3. statuo cum Ne-  
gus. d. p. 1. in f. VVesenb. in parat. ff. b. t. nu. 3. Felin. in c. cum aliquibus. de  
re judic. col. 1. nu. 3. modò quod disponit statutum, æque commodè hypo-  
thecæ accommodari possit. Diff. Bart. add. l. 9. §. 2. ff. de pign. act. Moꝝ.  
d. c. l. n. 17.

## I I.

Pignus (a) constituitur vel à lege, (b) vel ab homine: (c)  
A lege constituitur, vel ex præsumptâ tacitâ conventione, (d) vel  
sine hac purè ex privilegio: (e) Ex præsumptâ tacitâ conve-  
ctione (f) constituitur pignus domino (g) prædii, in inve-  
ctis & illatis (h) in prædium locatum urbanum, (i) pro pen-  
sione & deterioratione: (k) locatori prædii rustici, seu credito-  
ri in fructibus (l) fundi seu rei oppignoratæ extantibus. (m)

(a) in genere acceptum, de quo th. l. lit. b. Et seq. quod promiscue  
in subseq. th. usurpo. (b) quod tacitum nominat Iustin. in. l. 6. §. fin. in  
pr. C. de bon. que lib. in l. unic. §. 1. C. de rei ux. act. Et l. 1. C. com. de leg. & cum  
illo commun. Dd. (c) l. 2. C. de prætor pign. de quo inf. th. 5. Et 6. (d) l. 4.  
in pr. ibi quasi id tacite cōvenerit, &c. ff. in quib. caus. p. l. 3. ibi tacitâ pa-  
etione

4  
16.  
5.

Actione inesse &c. C. eod. Cujac. in parat. ibi. (e) exemplum est in l. 1. §. 1. C. de rei ux. act. l. 1. C. com. de leg. confer. th. seq. (f) quæ præsumitur ex facto illationis. arg. l. fin. ibi tali enim justâ præsumptione. C. in quib. caus. p. l. II. §. solutâ vers. Vnde. ibi. nō enim credibile est hoc convenisse &c. ff. de pign. act. cui expressa conventio locum dedit, arg. l. 61. §. 8. ff. de fure. juncta l. 31. §. 20. ff. de adil. Edict. Balduin. de pign. c. 6. (g) etiamsi sibi de speciali hypothecâ provideat, quia per hoc non videtur voluisse recedere à tacitâ legali arg. l. 9. C. de ann. leg. Schneid. ad S. Item 7. I. de act. n. 35. ibiq; alleg. Negus. p. 2. m. 4. n. 13. & 138. Menoch. de adip. poss. remed. 3. q. 25. n. 154. Diff. Sich. ad l. certi Iuris 5. n. 13. C. de locat. ibiq; Cyn. q. 6. n. 6. Ang. Perus. & alij citati à Negus. (h) Eo animo, ut ibi perpetuo essent, arg. textus ad hoc optimi in l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. id est, quamdiu durat tempus locatio-  
nis, l. 7. ff. in quibus caus. pign. Schneid. d. l. n. 36. Costal. ad l. 5. ff. d. t. licet postea efferantur, per l. 15. C. h. t. l. 27. inf. ff. de const. pecun. Costal. ad l. 9. C. in quibus caus. pign. Schneid. d. l. n. 53. Bocer. d. Diff. de pign. th. 54. b. Negus. d. l. n. 142. Diff. VVesenb. in parat. ff. in quib. caus. pign. n. 6. Treutl. vol. I. D. 29. thes. 4. lit. G. Hinc merces venales invectas & illatas quoad individua, arg. l. 7. ff. in quib. caus. p. & l. 32. ff. h. t. (Schneid. d. d. §. n. 39. ibiq; Iason. & Myns. n. 20. & 21. I. de Act. Negus. c. l. n. 153. Diff. Sich. ad d. l. 5. n. 9. C. locat.) nomina debitorum, arg. l. 86. ff. de leg. 3. Negus. c. l. Schneid. c. l. n. 38. ibiq; alleg. itemq; pecuniam ad quotidianam & præsentem necessitatem de-  
stinatam, Menoch. de adip. pos. rem. 3. n. 135. cùm eo animo hæc omnia, ut ibi perpetuo essent, non inducantur, sub tacitâ hac hypothecâ non venire o-  
mnino statuo, ut & nec ea, quæ non veniunt in generali expressâ: ut sunt  
vestes quotidianæ, & alia quotidiano usui destinata, sine quibus homo non  
potest commodè, vel honestè vivere, & quæ non verisimile est, quempiam  
specialiter obligaturum, de quibus text. in l. 6. ubi Dd. ff. de pig. & h. & inf.  
th. 6. lit. f. quia non plus debet operari tacitum quæ expressum. l. 3. ff. si  
cert. pet. His an numero libros studiosorum, motus ratione d. l. 6. & 7. h. t.  
Et extra hoc suadent maximè hanc sententiam, ex hypothesi veri studiosi,  
favor studiorum, ratio utilitatis, & necessitatis, ne quis cum jactura erudi-  
tionis (in quo etiam interesse quoddam publicum versatur) libris carere co-  
gatur, Sich. d. l. in f. & ad rubr. C. de pign. & hyp. n. 18. Schneid. ad d. §. 7.  
n. 43. ibiq; Myns. n. 23. I. de act. DD. ad Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.  
Dn. Meier in Col. Arg. ad t. in quib. caus. pign. thes. 2. Treutl. d. Diff. thes. 4.  
lit. C. ibiq; Bachov. Diss. Hun. in Resol. Treutl. Vol. I. Diff. 5. thes. 3. lit. B.  
q. 18. Offert sese hic quæstio intricata: An invecta & illata à minore absq;  
autoritate curatoris obligentur? Negativæ subscriendum puto, tūm quod  
hæc hypotheca non sit pura legalis, sed magis ex tacita conventione, d. l. 4.  
l. 6. ff. in quib. caus. pign. confer dicta supr. lit. C. f. & g. & minor oppigno-  
randi jus non habeat: tūm quod res expressè sine curatoris autoritate, & de-  
creto obligari non possint, t. t. ff. de reb. eor. qui sub tut. E. nec tacitè, ne plus  
operetur tacitum quæ expressum: tūm quod Lex, quando inducit tacitam  
hypothecam in bonis minoris, illud clarè exprimit, uti videmus in casu l. 2.  
& in casu l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. Menoch. d. remed. 3. q. 9. n. 82. Bach.  
de pign. l. 1. c. 11. n. 2. diff. Sich. & Cyn. in d. l. 5. C. locat. Aliter diff. alij, quos  
refert Menoch. d. l. n. 71. & 80. (i) l. 4. ff. de part. l. 2. l. 4. l. 6. ff. in quib. caus.  
pign. in prædium rusticum non, nisi expressâ conventione §. 3. I. de interd.

d. l. 4. ff. in quib. caus. l. 5. C. locat. ubi voculam voluntatis de pa-  
etione expressâ interpretor cum Goth. ibi lit. l. eamq; explicationem firmo  
ex l. 5. s. 1. ff. in quib. caus. l. fin. C. de nos vat. Et hanc opin. amplectuntur Cu-  
jac. & Duar. ad d. l. 4. de pact. Donel. de pign. c. 4. Menoch. d. remed. 3.  
q. 4. n. 36. ibiq; allegati. Dn. Meier. in C. A. ad t. in quib. caus. pign. th. 3. Ba-  
ehov. de pign. l. 1. c. II. n. 4. & seq. & in Animad. ad Treutl. Diff. de pign. th.  
4. lit. c. Harprecht. ad s. Item serv. 7. l. de Act. & S. creditor. fin. l. quib.  
mod. re contr. obl. n. 19. & seq. ibiq; multi citati. Diff. Sich. ad d. l. 5. C. locat.  
ibiq; Dd. commun. Negus. d. p. 2. m. 4. n. 145. Schneid. ad sap. d. s. Item  
serv. n. 28. ibiq; Myns. n. 16. & pleriq; Dd. I. de Act. (k) l. 2. ff. in quib. caus.  
pign. l. fin. C. cod. Negus. d. l. n. 28. (l) l. 7. ff. d. t. l. 24. s. 1. ff. locat. tam  
industrialibus, quâm naturalibus propter general. d. l. 7. Negus. n. 148. Diff.  
Iason. in l. 4. ff. de pact. (m) nam si essent alienati, quod pro iis esset com-  
paratum, non veniret in tali obligatione, l. 3. C. in quib. caus. pign. Negus. d. l.  
n. 146. Costal. add. l. ff. h. t. Huic generi hypothecarum annumerari potest  
species hypothecæ tacitæ in l. 5. s. fin. ff. in qnib. caus. pign. videl. si quis fi-  
dejubeat pro eo, qui jam ante rem ejus alteri pignori dederat, idq; sciat fide-  
jubens. Item species hypothecæ, quæ ex pacto de vendendo inducitur in l. 3.  
s. fin. ff. qui pot. in pign. ut & species hypothecæ in l. fin. ff. in quib. caus. pign.

### III.

Ex privilegio à lege constituitur pignus, partim favore i-  
psiis personæ, partim favore rei ac causæ: personæ, velut pupillo  
& minorenni, (a) in bonis tutorum & curatorum, (b) pro  
officio tutelæ & curæ, (c) item in re ex ipsorum pecuniâ em-  
ptâ: (d) liberis in bonis matris ad secundas nuptias transeun-  
tis, (e) & secundi mariti, (f) ratione susceptæ tutelæ, (g) &  
lucri bonorumq; quæ ex primo matrimonio & à primo marito  
ad eam pervenerunt: (h) filiis f. in bonis parentis ratione bo-  
norum adventitiorum, (i) & maternorum illa administrantis:  
(k) uxori, (l) in bonis (m) mariti, (n) pro restitutione  
dotis: (o) similiter marito in bonis ejus, qui dotem promisit,  
(p) pro consequendâ dote. (q)

(a) l. 20. C. de admin. tut. non tamen heredibus ipsorum l. 42. ff. de  
adm. tut. l. 19. s. 1. ff. de reb. aut. jud. l. 1. s. 11. ff. de L. Corn. de fals. Dn. Meier  
in C. A. tit. in quib. caus. pign. th. 3. in pr. (b) l. 20. C. de admin. tut. etiam  
in bonis prototorum se pro tute gerentium, l. fin. ff. de tut. & rat. distr.  
l. 19. ff. de reb. aut. jud. l. pen. ff. de eo qui protut. idq; etiam ex paritate rati-  
onis hinc inde: Gl. add. l. 20. C. de adm. tut. gl. fin. non curatorum ad litem.  
Bach. de pign. l. 1. c. 9. n. 4. Diff. Negus. d. p. 2. m. 4. n. 8. & Dd. in l. 13. s. fin.  
C. de judic. non in bonis herendum, quia in obligatione expressâ generali per  
defunctum factâ non veniunt bona herendum l. 29. in pr. ff. b. t. Gl. & Dd. in  
l. 12. C. qui pot. in pign. E, nec in tacitâ, arg. l. 3. ff. de reb. cred. (c) non so-  
lùm pro malè administratis, sed etiam pro neglectis Dd. add. l. 20. C. de adm.  
est. In dubium vocatur, à quo tempore incipiat hæc hypotheca? Gl. in d. l.  
20. duas

20. duas ponit opiniones: prima est, quod incipiat à tempore, quo incipit esse tutor, arg. l. 6. §. fin. C. de bon. qua lib. secunda est, quod incipiat eo tempore, quo incipit malè administrare: Ego priori, ut veriori, sic communiori, calculum adjicio cum Negus. d. m. 4. n. 12. cæterisq; ibi alleg. DD. (d) l. 7. ff. qui pot. in pign. l. 3. in pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 6. C. de ser. pign. dat. Bach. d. l. 1. c. 12. n. 4. Negus. d. l. n. 136. (e) l. 2. C. quando mul. tut. off. l. 6. §. 2. C. de secund. nupt. Sich. ad Rubr. C. in quib. caus. pign. & ad d. l. 6. §. 2. tam præsentibus, quam futuris, d. l. 6. §. 2. ibi quas habet habiturāve est &c. (f) d. l. 2. C. quand. mul. l. 6. C. in quib. caus. pign. No. 22. c. 40. Sich. ad rubr. d. s. n. 10. Gail. 2. O. 90. n. 2. ratio, quia mater fraudem cum eo participasse videtur. Cujac. ad d. No. 22. (g) nondum tamen restitutæ, nec alio tutore petito, & hoc quidem generale est, ut si mater liberorum tutelam gerat, bona ejus sint, utopte tutricis, liberis obligata, sed istud speciale, ut etiam mariti ac vitri bonis pro ratiociniis sint nexa, (h) l. 6. §. 2. l. 8. §. fin. C. de sec. nupt. Salic. ad d. l. 6. §. 2. inf. (i) pro bonis alienatis per patrem proq; malâ ac fraudulentâ administratione (arg. l. 50. ff. ad Sc. Trebet. l. 22. §. 8. ff. sol. matrim.) non pro culpabili d. l. 8. §. fin. C. de secund. nupt. l. 6. §. 2. C. de bon. qua lib. ibi q; Gl. & Dd. Sich. ad d. l. 6. §. His illud. n. 25. ibi q; Gl. & Dd. commun. Diff. Bach. de pign. l. 1. c. 9. n. 8. & 9. Harpr. ad §. fin. n. 58. I. quib. mod. re contr. sed si pater administret, V.G. bona filii emancipati, aut castrensis & q. castrensis, quorum administrationem non habet ex lege, an isto casu filius habeat hypothecam quæritur? Affirmat quidem Negus. d. p. 2. m. 4. n. 15. & 16. sed quia textu hoc non probat, ei adsentire nequeo, cum bona negotiorum gestoris, qualis hic pater, nullibi tacitè obligentur. Harpr. d. §. fin. n. 59. (k) quando scil. transit ad secunda vota d. l. 8. §. fin. (l) l. unic. §. 1. C. de rei ux. act. §. fuerat. 29. l. de act. c. 5. extr. de pign. quæ ante Iustinianum nullum jus tacitæ hypothecæ habuit, sed privilegium tantum exigendi inter chirographarios arg. l. 10. l. 12. C. qui pot. in pign. l. 2. & 3. C. de privil. fisci, hypothecam vero pro securitate dotis in ipsis bonis mariti videatur demum accepisse in d. l. unic. §. 1. ibi ex utroq; latere damus hypothecam &c. & §. 15. §. cum autem C. de rei ux. act. ibi, hypothecam ei etiam ex hac L. donam<sup>2</sup> &c. An autem extrane<sup>3</sup>, qui dotem datam sibi reddi stipulatus est, habeat in bonis mariti hanc tacitam hypothecam? negativæ, tanquam communis, & de jure verioris, me asseclam profiteor: cum id lege sine quâ loqui erubescimus No. 18. c. 5. in pr. ) nullibi cayeatur. Schneid. ad §. fuerat. n. 48. ibi q; Angel. n. 12. & DD. commun. Negus. d. m. 4. n. 67. Sich. Salic. & Cyn. in d. l. un. §. 1. C. de rei ux. act. Bach. ad Treut. d. Diff. l. th. 4. lit. P. Diff. Bart. in l. 1. ff. sol. matr. Iason. in §. fuerat. num. 36. ibi q; Zaf. (m) omnibus (allodialibus scilicet, non feudalibus Myns. 6. O. 45. ubi hanc sententiam Cameram sequi dicit. VVesenb. in parat. ff. in quib. caus. pign. n. 4. ) tam mobilibus, quam immobilibus, exceptis iis, quæ quis verisimiliter in specie non sit obligaturus. l. 6. ff. h. t. Sich. ad l. 30. nu. 33. C. de jur. dor. confer. th. 6. lit. f. (n) quamvis fuerit minorennis, Sich. ad d. l. 30. n. 31. Negus. d. m. 4. n. 73. allegans pro se Bald. Alex. Roman. Paul. Cafr. Cyn. &c. Et hoc generale esse in omni hypothecâ purè legali, quæ sine facto ullo hominis, & sine tacitâ conventione inducitur, intrepidè statuo cum Bach. de pign. d. l. 1. c. 9. n. 13. Diff. Bart. in l. si constante. quæst. 4. p. 3. ff. sol. matr. ibi demq; Iean. Immol. Fulg. & Salic. in l. certi Iuris C. locat. qui in bonis ma-

riti minorenis hypothecam negant. Et hoc etiam procedit in bonis patris, ut etiam tacite sint oppignorata nurui pro dote, si pater jussit filium accipere uxorem & dotem, vel ei consensit, arg. l. 22. §. 12. ff. sol. matr. l. 7. ff. de tutel. Bach. d. c. 9. n. 11. inf. vel quando pater cogitur consentire, ut est quando filius dicit honestam. DD. ad d. §. 12. Sich. ad l. 12. nu. 29. C. qui pot. in pign. Negus. d. m. 4. n. 39. Schneidv. ad d. §. fuerat. n. 33. etiam eo casu, quo pater esset mente captus, aut furiosus, quia quando quis tenetur cōsentire, & propter furorem consentire non potest, habetur pro consentiente, si non suberat aliqua justa causa contradicendi l. 2. §. fin. ff. sol. matr. Gothofr. in not. ad Schneidv. d. l. n. 31. Negus. d. l. n. 39. ubi vide dissentientes. (o) constitutæ & numeratæ, l. 1. C. de dot. caut. l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. l. 9. C. de bon. proscript. Sich. ad d. l. 12. n. 27. secus est in dote cautâ & confessatâ tantum: nam in hac, licet sibi præjudicare possit maritus (salyâ tamen non numeratæ dotis exceptione, de qua in l. 14. inf. C. de non num. pecun.) non tamen extraneo, Gail. 2. Obs. 81. n. 2. Myns. 1. Obs. 61. Covar. Var. resol. 1. c. 7. num. 4. Boer. decis. 330. n. 4. Menoch. de presumpt. 51. n. 31. etiamsi exceptioni dotis non numeratæ renunciaisset: arg. l. 27. §. 4. ff. de pact. imo etiamsi cum juramento assen-  
suisset, se recepisse dotem, arg. l. 7. §. 7. ff. de publ. in rem att. Schneidv. ad d. §. fuerat. n. 66. Diff. Geil. c. l. n. 9. cum aliis ibi allegatis. dictum autem pri-  
vilegium tacitæ hypothecæ non solum pro dote, tam verâ, quam putativâ,  
arg. l. 22. §. fin. ff. sol. matr. Sich. ad d. l. 12. n. 23. C. qui pot. in pign. Schneidv. d. l. n. 42. Negus. d. m. 4. n. 104. verùm etiam pro augmento dotis verè & rea-  
liter constituto, Nov. 97. c. 2. juncta Gl. Sich. d. l. nu. 22. Cujac. ad d. No. 27.  
Moz. de pign. c. 3. n. 4. pro paraphernalibus apud maritum existentibus, & ab  
eo administratis, mulieri competit, l. fin. C. de pact. convent. ibiq. Bart. &  
Bald. Iason. in d. l. §. fuerat. n. 41. & ibid. Zaf. nu. 16. l. de Att. Covar. 1. var.  
res. c. 7. n. 1. Negus. d. m. 4. n. 63. Myns. 5. O. 4. nu. 3. hancque hypothecam pri-  
mùm introduxit Iustin. in d. l. fin. Vers. Sin. a. Schneid. c. l. nu. 37. Neg. Myns.  
cit. loc. Bach. d. c. 9. n. 13. Diff. Gl. in c. Ex literis. verb. obligata. extr. de pign.  
non tamen hoc casu habet annexum privilegium prælationis, d. l. 12. §. pen.  
C. qui pot. in pign. Sich. ad l. 29. n. 33. C. de jur. dot. Negus. Covar. Myns. dict. loc.  
Gadei. cons. Marp. 24. n. 206. vol. 1. Geil. 2. Obs. 92. n. 10. &c. inf. th. II. lit. i. Diff.  
Hun. in resol. Treut. v. 2. D. 24. th. 7. quest. 53. Pro donatione quoq; propter nup-  
tias hypothecam in bonis mariti communiter Interpretes uxori tribuere  
video in l. 29. C. de jur. dot. Covar. d. c. 7. n. 1. Negus. d. p. 2. m. 4. n. 64. Hartm.  
27. Obs. 18. per tot: & 56. O. 1. num. 5. Myns. 5. O. 4. n. 4. ubi etiam hanc sen-  
tentiam in Camerâ approbatam testatur, Ea tamen sententia si accuratori  
lance juris nostri ponderetur, dubia mihi videtur, dum nullibi jus nostrum  
(sine cuius autoritate & expressione nobis tacitas hypothecas inducere vix  
licebit) talēm hypothecam pro donatione propter nuptias exprimat, aut  
approbet, lex n. 29. C. de jur. dot. nt & l. 19. C. de don. propter nupt. de hypo-  
thecis contractis, & rebus mulieri suppositis, & proinde expressis loqui vi-  
dentur, siquidem, ut supr. ad lit. l. dictum, hypotheca etiam pro dote mulieri  
primùm data est per l. unic. C. de rei ux. tantum abest, ut ante eam constitu-  
tionem, pro donatione propter nuptias mulier habuerit hypothecam. (p.)  
sive mulier sit, sive sacer, sive extraneus, Bachov. de pign. l. 1. c. 10. in pr.  
Negus. d. p. 2. m. 4. n. 24. & seqq. (q) d. l. un. §. 1. C. de rei ux. conse-  
cutæq; evictione, si dos æstimata data sit, l. 16. l. 34. ff. de jur. dot. si vero in-  
æstimata data fuerit, non competit, nisi vel stipulatio intervenerit, vel dolus.  
l. 1.

*I. i. C. de juri. d. secundum quod explicandus videtur d. s. i. l. n. C. derec  
xx. ad.*

*IV.*

Favore rei ac causæ à Lege pignus constituitur fisco in bonis primipili, (a) ratione primipilatus, (b) in bonis debitorum, ratione tributi, (c) & contractus: (d) civitati (e) in bonis administratorum, ratione administrationis: (f) creditorū (g) ad restitutionem (h) ædificii (i) mutuanti, (k) in ipso ædificio, ad quod reficiendum credidit: (l) legatariis & fideicommissariis (m) in bonis (n) testatoris defuncti, (o) pro legato ac fideicommisso (p) consequendo: (q) creditorū ad militiam emendam in ipsâ militiâ emptâ: (r) redemptori servi capti ab hostibus, in ipso redempto: (s) vix in aliis casibus. (t)

(a) L. 4. *S. in quib. caus. pign. l. 3. C. de primip. ubi hæc singularia, primò ut marito non existente solvendo res uxorius fisco sint obligatæ. d. l. 4. deinde quod eo casu bona filiorum etiam sint obligata, quamvis non sint heredes. l. 4. C. de primip. Baldum. c. 7.* (b) ut scil. si ex eo aliquid interverteret primipilus, pro eo bona sint obligata: est autem primipilatus munus aliquod militare & divisio seu cura militaris annonæ Proviandt oder Schatzmeisters Amt. l. 3. ibid. Gorh. & Cujac. l. 7. C. de cohort. milit. cui hodie forsan comparari posset der Kriegs Commissarien Amt. (c) L. i. C. in quib. caus. pign. Sic cum decimæ quoq; istæ bonorum, vulgo der Abschoss/Abzug/Nachsteuer apud nos Tremoniæ der zehende Pfennig dictæ, permultis Germaniæ locis, vi statuti vel consuetudinis, ab extraneis ibi succedentibus, vel subditis solum vertentibus, & bona aliunde transferentibus Magistratui pensandæ (quarum, ut approbatarum fit mentio, im Reichs Abschied de An. 1555. S. Wo aber unsere ic. & im Reichs Abschied de An. 1594. S. vnd so viel ic.) speciem vectigalis seu tributi habeant, Cothman. conf. Academ. 19. num. 13. Röck de jure vestig. concl. 63. & fisco inferantur, ratione istarum, bona ista transferenda tacitè fisco sunt pignori nexa, idq; confirmatur Reichsab. de Anno 1594. S. Also auch so der Nachsteuer. pag. mihi 723. (d) L. 2. C. in quib. caus. pign. l. 46. S. 3. ff. de jur. fisci, non ratione pœnæ, cum pœnæ sint odiosæ, adeo ut & ceteris creditoribus omnibus postponatur. l. 17. l. 37. ff. de jur. fisci l. unic. C. pœn. fisc. cred. præfer. Negus. d. m. 4. nu. 115. Sich. ad rubr. C. b. nu. 5. Hoc jus fisci hodie ad Rom. Imperii Duces, Marchiones, Comites, civitates Imperiales, usu inveterato, ex privilegio, vel concessione Imperatoris, regalia, merum & mixtum imperium habentes, extendendum puto, cum mutato hodie Imperii statu ejusmodi Principes, status, & civitates Imperii potestate utantur, Peregrin. de jure fisc. l. 1. t. 2. n. 44. & tantum ferè possunt in suo territorio, quantum Imperator in Imperio Geil. 2. Obs. 37. n. 7. Reinking. de regim. sec. & Eccles. l. 1. claf. 5. c. 6. per tot. quo tamen jure olim nulla civitas seu Respublica, præter Romanam, dum Iure privatorum (quatenus opponebantur Reipublicæ Romanæ) censebantur, l. 16. ff. de V.S. gaudebat, l. 2. C. de juri. Reip. (e) l. i. C. quo quisq; ord. conq. l. fin. ibi possessores rerum congregandi &c. cod. Trentl. d. Disp. 1. th. 4. lit. K. Ne-

B

gus.

gus. d. m. 4. n. 119. *Vultej. in I. R. c. 34.* *VVesenb.* in parat. ff. in quib. caus. pign. n.  
5. (f) d. l. i. non ratione contractus in bonis aliorum debitorum. l. 10. ff. ad  
municip. (g) l. i. ff. in quib. caus. pign. Myns. I. O. 60. Geil. 2. O. 12. n. 4. Hartm.  
I. 27. O. 8. n. 7. & quidem nominatum ad hoc credenti: nam qui simpliciter  
credit pecuniam, nec hypothecam, nec privilegium habet, licet ex ejus pe-  
cunia res aliqua restituta sit. Bach. ad Treutl. Vol. 2. D. 24. th. 7. lit. e. (h) d. l. i.  
l. 25. ff. de reb. cred. l. 52. S. 10. ff. pro socio. l. 24. S. 1. ff. de reb. aut. jud. sed quia in  
his textib⁹ nominatum fit mentio restitutionis, nata hinc est quæstio: An hy-  
potheca hæc eidem tantū competit, qui credit in spec. e ad restitutionē æ-  
dium callapsarū, an ad eum quoq; qui in lapsabundarū, & ruinam minantiū  
refectionem credit pecuniā? hoc negat Hunn. in Resol. Treutl. d. D. 1. th. 4.  
q. 18. sed contrariā affirmativam in hoc amplectore, motus tum palpabili iden-  
ditate rationis: eadem namq; ratio, scil. publicę utilitatis (quani in ædificiis  
lapsis restituēdis versari dicit Hunnius) in ædificis lapsabūdis reficiendis mi-  
litat, cum deformitati urbis nō minus occurratur per ædificiorum conserva-  
tionem, quam collapsorum restitutionem, positā igitur idenditate rationis,  
nimis quam superstitionis videtur, negare juris identitatem, tum, quod nō  
solum Gl. & Bart. & DD. in d. l. i. sed & Iustin. ferè in No. 97. c. 3. confusim  
hisce terminis utantur, ut proinde probabiliter sentiri possit, quod etiam re-  
fectio sub verbo restitutionis, ex mente ICti contineatur, cum videatur re-  
stituere effectu, qui reficiendo facit ne ædes ruant (i) nō navis, vel alterius  
rei, cum nō solū ratione, in credito ad restitutionem ædium militante, sed  
etiam textu (qui tamen expressus, cum jus extendi volumus, requiretur) hīc  
destituamur. Vander. de pri⁹ gl. cred. c. 8. num. 3. Donel. de pign. c. 4. p. m. 199.  
Treutl. d. th. 4. lit. E. ibiq; Bach. Bocer. d. Disp. de pign. th. 64. Cujac. ad No. 136.  
Harpr. ad d. S. fin. n. 109. & seqq. I. quib. mod. recontr. Diff. Gl. & vulgo DD.  
in l. 5. & seq. ff. qui pot. in p. Sich. ad l. 7. num. 2. C. de pign. Negus. d. p. 2. m. 4.  
n. 162. Moz. c. 3. n. 10. Costal. ad d. l. 5. Myns. I. O. 60. & Cons. 15. n. 5. dec. 2. Co-  
var. V. R. I. c. 7. n. 2. (k) non tamen alteri mutuanti ad emptionem, seu  
novam exstructionem ædificii vel fundi, l. 17. C. de pign. & h. Moz. c. 2. n. 25.  
Negus. p. 5. m. 2. n. 3. Coavar. d. c. 7. n. 3. Diff. Gl. ad Auth. quo jure. C. qui pot. in  
pign. ibiq; Bald. Ang. Geil. 2. O. 12. n. 3. ibiq; citati DD. quamvis non diffi-  
cile, hunc jure prælationis in actionibus personalibus gaudere. l. 5. & 6. ff.  
qui pot. in pign. l. 7. C. eod. d. l. 17. C. de P. & H. l. 26. l. 34. ff. de reb. aut. jud. poss.  
d. Auth. Quo jure. & c. (l) his tribus cōcurrentibus i. ut nominatum pecunia  
data sit ad restitutionem seu refectionem, & quidem necessariam, dasz einer  
zu nothwendigem Baw geliehen. arg. l. 7. ff. de exerc. act. 2. ut in refectione  
realiter sit conversa. 3. ut domus seu ædificium existat. Geil. d. Obs. 12.  
n. 4. Moz. d. c. 2. n. 25. (m) l. 1. & 2. l. fin. S. 2. C. commun. de legat. nec dubi-  
to, quin ista hypotheca à Iustin. sit introducta per d. l. i. Bach. de pign. c. 10.  
n. 4. (n) non in ipsa re legata, quia cum aditā jam hereditate verè acquisi-  
tum sit dominium legatario. l. 80. ff. de leg. 2. non potest res legata esse hy-  
potheca. l. 45. ff. de R. I. Negus. d. m. 4. num. 158. ibiq; allegati Diff. Salic. in  
d. l. i. neque in bonis per legatum aliis relictis, quoniam alias mutuo se  
impedirent, Negus. d. l. num. 160. Bachov. d. c. 10. num. 5. (o) non here-  
dis, ubi enim heres adiit sine inventario, in solidum quidem obligatus  
est, & tenetur actionibus propriis, sed non propterea ejus bona hypothe-  
cæ sunt nexæ, quamvis, si moram fecerit, & post sex menses nō solvat lega-  
tum, per immissionem in bona heredis legatario petenti prætorium pignus

con-

16.

constituatur. l. 6. C. ut in pos. legat. (p) sci. particulari d. l. i. C. com. de leg.  
non universalis. Bach. in animad. ad Treutl. vers. 2. Diff. 14. th. 8. lit. d. (q)  
num etiam pro donatione mortis causa ambigitur, Ego insententiam ne-  
gativam, dum expresso de hoc textu destituum, magis inclino cum DD.  
quos cit. l. refert Negus. Diff. Bach. de pign. d. c. 10. num. 6. (r) l. fin. C. de  
pign. & hyp. cum privilegio prælationis inf. th. II. lit. o. ut tamen expressè  
ad hanc sit credita pecunia. Nov. 97. c. 4. ibi in has crediderint causas &c.  
Bach. d. l. i. cap. 12. inf. (s) Et licet servus captus ab hostibus redemptus  
statim fiat redimentis, ut tamen pristino domino, offerenti premium seu ly-  
tron quandocunque luere liceat, l. 12. 5. 7. ff. de capt. & postlim. tamen liber  
homo ab hostibus redemptus non fit servus redimentis, l. 6. l. 9. C. de po-  
litim. sed interim, dum offeratur pecunia, in eo hypothecam habet l. 2. C.  
cod. l. 15. l. 19. 5. 9. ff. eod. l. 43. S. fin. ff. de leg. l. l. 20. 5. 1. ff. qui test. fac.  
Bach. ad Treutl. d. th. 4. lit. B. Diff. Treutl. vol. 2. D. 24. th. fin. lit. G. non  
tamen in liberis ex redempto natis, l. 8. C. d. t. (t) non igitur venditori in  
re venditâ tacitam hypothecam competere contra Treutl. d. Diff. 1. th. 4.  
lit. O. & Hunn. ibi statuo: non descendantibus, ratione legitimæ, in bonis  
ascendentium, contra Bald. & alleg. à Negus. p. 2. m. 4. n. 164. non damni-  
ficato in bonis delinquentis, contra Negus. d. l. n. 124. non in bonis usura-  
rii pro restitutione usurarum, contra Bald. in l. pen. C. de serv. pig. dat. non  
in re emptâ ex pecuniâ militis, contra Negus. d. l. num. 164. pr. neq; in aliis  
pluribus casibus à Negusantio positis, qui, quamvis partim Glossæ, partim  
DD. quorundam autoritate colorentur, si tamen ad infallibilem lapidem  
lydium Iuris nostri exigantur ac fricentur, prorsus eos decolorari videbi-  
mus, imo hypothecas in bonis administratorum rerum Ecclesiæ, seu ad pias  
causas spectantium; velut prælatorum, hospitaliorum, &c. magis pio fa-  
vore, quam expresso Iure defendi animadverto.

V.

Ab homine constituitur pignus, (a) vel ut personâ publi-  
câ (b) vel privatâ: ab illâ constitutum pignus dicitur præto-  
rium, (c) idque iterum duplex: prætorium in specie, & judi-  
ciale: (d) illud est quod ex primo decreto, (e) absque judicii  
strepitu creditori (f) in bonis (g) debitoris (h) ob non fa-  
ctam satisfactionem vel contumaciam constituitur; (i) hoc  
quod creditori ex causâ judicati (k) à magistratu (l) senten-  
tiæ exequendæ causa datur. (m)

(a) Hactenus de pignore à lege constituto, quod tacitum nomi-  
nant DD. sequitur hic justo ordine de pignore expresso & ab homine con-  
stituto, repete huc. dist. in th. 2. (b) ut magistratu seu judice, fundatur hæc  
distinctio in l. 2. C. de prator. pign. (c) in genere d. l. 2. Vultei. in l. R. l. 1.  
c. 34. n. 26. dicitur pignus prætorium sumpto prætore pro magistratu quo-  
vis, qui mixtum imperium cum jurisdictione habet, arg. l. 4. ff. de jurisd.  
(d) Vultej. c. l. Negus. p. 3. m. 1. & 2. in pr. Moz. cap. 2. num. 6. & 23.  
Sich. ad rubr. de pign. n. 12. Cujac. in parat. C. h. t. Dissent. Donel. ad t. C. de  
pign. c. 5. Vanderan. de benefic. credit. c. 15. nu. 7. Aruma. Exerc. Justin. 12.

th. 18. Hun. ad Treutl. d. Disp. 1. vol. 2. th. 3. lit. C. Mindav. de contin. caus.  
l. 3. c. 15. §. 5. num. 12. (e) secutâ immissione l. 26. ff. de pign. act. si nimirum immittendus potest ingredi: nam si ingredi impediretur, nihilominus, etiam ex solo aspectu, quæreretur pignus hoc l. 13. ibidem Goth. ff. de reb. aut. jud. Negus. d. p. 3. m. 1. n. 1. (f) sive ei purè, sive sub conditione debetur l. 6. in pr. l. 11. ff. quib. ex caus. in poss. Cujac. 10. Obs. 32. Gædei. ad l. 12. nu. 13. ff. de V. S. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 2. lit. a. ibidem Hun. Et Bachoß. Diff. Zas. ad l. 14. quib. ex caus. n. 5. (g) tam mobilibus, quam immobilibus l. 1. C. de prator. pign. & se moventibus l. 5. §. 8. ff. ut in poss. legat. itemq; emphyteuticis, oppignoratis, d. l. 5. §. 7. l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cog. (ut tamen soluto jure dantis solvatur jus accipientis. l. 31. ff. de pign.) bonâ fide possessis. d. l. 5. §. 9. feudalibus, Getl. 1. Obs. 117. salvâ naturâ & qualitate illorum, salvo etiam jure quâ domini, quâ agnatorum, etiam nonuinibus debitorum & actionibus, l. 1. C. de prat. pign. ibidem Gl. Specul. §. restat. num. 1. de primo decr. Roßbach. in prax. c. 10. d. t. 31. n. 6. Cujac. in parat. C. de prat. pign. non tamen in rebus depositis & commodatis, d. l. 5. §. 10. ut in poss. leg. l. 1. §. 4. ff. ne vis fiat ei qui in poss. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 2. lit. b. Roßbach. c. 1. Olim quidem hoc pignus constituebatur in universis bonis, l. 1. Et 2. in pr. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. l. 5. l. fin. C. de reb. aut. jud. poss. hodie pro modo debiti, Nov. 53. c. 4. §. 1. c. Quoniam. in fin. extr. ut lit. non constet. Duar. ad t. ff. quib. ex caus. in poss. c. 2. Marant. p. 6. de contumacia. n. 12. Roßbach. d. t. 31. n. 9. Et seqq. Diff. Cujac. ad d. Nov. 53. cui adstipulatur Bach. ad Treutl. Vol. 2. D. 24. th. 2. lit. B. (h) etiam pupilli & minoris, l. 3. 4. Et 5. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. Duar. d. t. c. 2. scil. ex ejus debiti caussâ, ex qua efficax in pupillum actio est d. l. 3. §. 1. observato tamen ordine & modo præscripto in l. 5. §. 1. ff. d. t. Treutl. cit. l. lit. C. (i) sive ex causa personalis actionis l. 9. l. fin. C. de bon. aut. jud. poss. sive realis l. 2. C. ubi in rem. act. c. 2. Et 3. de eo qui misit. in poss. Diff. videtur Spec. d. prim. decr. rubr. quis sit effectus primi decrets. n. 4. in quibus hoc pignus cum conventionali conveniat, & in quibus ad invicem differant, vide latè apud Negus. p. 3. m. 2. n. 29. Et seqq. Et Moz. d. c. 2. n. 7. Et seqq. (k) l. 1. C. si in caus. judic. & in hoc notabiliter differt à pignore prætorio, quod ex quavis aliâ causâ datur. Cujac. in par. C. h. t. (l) qui vel ipse judicavit, vel judicem dedit, arg. l. 15. in pr. ff. de re jud. judices enim dati seu pedanei, ne quidem exequi suam sententiam poterant, l. 15. in pr. ff. de re jud. multo minus in possessionem mittere (m) de quo in l. 10. ff. qui pot. in pign. l. 2. C. eod. l. 15. §. 2. ff. de re jud. l. 7. C. quae res pign. l. 1. Et 2. C. si in caus. judic. Et c. convenit cum prætorio in hoc præsertim, tum quod utrumque constituatur ius iuri magistratus, tum quod utrumq; ita, si creditor pignus occupârit l. 26. ff. de pign. Act. ibidem Costat. sed quod differant inter se, patet ex diff. sub. lit. k. & arguit diversitas tit. videlicet. C. de prætor pign. Et C. si in caus. judic. pign. & notant Dd. in l. 15. §. 15. ff. de dam. infect. Et Cujac. in par. C. si in caus. judic. ubi ponit differentias, quibus hæc notabilis addatur; quod in præt. pignore infra annum in reali, & infra 30. in personali, possit recuperare pignus, resciendo impensas, & cariendo de judicio sisti, iuxta Auth. Et qui jurat. C. de bon. aut. jud. c. 1. de dol. Et contum. in 6. in judiciali verò non auditur reus offerendo expensas, & prædictam satisfactionem, sed oportet si vult recuperare pignus, ut solvat id, in quo est condemnatus, Negus. d. p. 3. m. 3. n. 3. Et alia notabilis, quam tradit Donel. add. t. C. si in caus. jud. quod illud occupatur, non ut distrahi possit, hoc ut distrahi possit, l. 1. C. d. t.

VI.

VI.

A personā privatā constituitur pignus rursus, vel citra conventionem, vel cum conventione: (a) citra conventionem, cum testator in testamento rem aliquam suo creditorī pignori esse jubet: (b) cum conventione; (c) quando inter credito-rem & debitorem convenit, (d) ut aliquid sit pignori obligatum, & hoc pignus vel est generale, vel speciale: (e) illud est quod generaliter in universis debitoris bonis, (f) hoc quod in unā aliquā, vel certis quibusdam rebus singularibus constitu-  
tur. (g)

(a) arg. l. pen. ff. in quib. caus. pign. Treutl. d. D. I. th. 2. lit. a. (b) l. 26. ff. de pign. act. l. 9. ff. de ann. leg. l. 8. §. 15. inf. ff. de transact. l. 12. ff. de alim. leg. Grammat. decis. 51. (c) d. l. pen. ibi, quæ ex manifestariā con-  
ventione &c. hinc à DD. vulgo pignus conventionale appellatur. (d) quæ conventio perficitur vel traditione rei, & est contractus realis pignora-  
titius, vel citra traditionem pacto l. 1. in pr. ff. de pign. act. confer. th. 1. lit. 1.  
Et seqq. quibuscumq; verbis, etiam sine scripturā, l. 4. ff. de P. Et H. etiam fa-  
ctis consensum declarantibus, v. g. si quis scripscerit, vel subscrpscerit chi-  
rographo, in quo res sua pignori obligatur l. 26. §. 1. ff. de P. Et H. (e) quæ  
divisio fundatur in l. 6. Et seqq. ff. h. t. l. 17. C. de distr. pign. l. 1. l. 4. C. quæ res  
pign. Sich. ad l. 2. n. 1. C. de pign. Et hypot. (f) l. 1. l. 6. Et seq. l. 15. §. 1. ff. de P.  
Et H. l. 2. C. eod. v. g. cum dicitur: vnd zu dessen mehrer versicherung seze Ich  
N. zum wahren Unterpfandt all mein Haab vnd Gut/ nichts davon auf-  
geschlossen/ vel bey Verpfändung aller meiner Haab vnd Güter ic. sed an  
etiam hac verborum conceptione generaliter obligentur bona debitoris,  
quando dicitur, Es soll euch von meinen Gütern entrichtet vnd erstattet  
werden. Ihr sollet von meinen Gütern contentirt, vnd zu frieden gestellet  
werden. Affirmo per l. fin. C. quæ res pign. obl. Bocer. cl. 2. D. 12. th. 25. Sub  
hac autem generali obligatione comprehenduntur bona præsentia & futu-  
ra, quamvis non exprimantur d. l. fin. C. quæ res pign. Sich. ad rubr. C. eod.  
num. 8. Et seqq. Moz. d. c. 3. num. II. Negus. d. p. 2. m. 2. n. 1. Gail. 2. O. 25.  
n. 5. Boer. decis. 204. n. 38. Dn. Meier in Col. Arg. de pign. Et hyp. th. 12. acti-  
ones, jura & nomina, l. 4. C. quæ res pign. ibiq. DD. l. 7. C. de hered. Gend.  
Gail. d. O. 25. n. 6. quod tamen verum est, si simpliciter nominentur, secus  
si mobilia & immobilia exprimantur, neutrā siquidem appellatione actio-  
nes & nomina significantur. l. 15. §. 2. ff. de re jud. l. 7. §. 4. ff. de pecul. Ne-  
gus. d. m. 2. n. 9. Moz. d. c. 3. n. 14. D. Meier. d. th. 12. Treutl. d. D. I. th. 2.  
lit. D. Diff. Bach. ibi Et intr. de Action. D. 3. th. 33. merces venales, arg. l. 34.  
ff. h. t. Covar. 2. Var. ref. c. 5. n. 2. D. Meier d. th. 12. etiam futuræ, quod ta-  
men restringendum ad illas tantum, quæ reperiuntur apud debitorem tem-  
pore moti judicii, eleganter Menoch. de adip. poss. rem. 3. n. 127. Et seqq. Ba-  
chov. de Act. d. D. 3. th. 33. dummodo generalis obligatio non sit restricta  
ad certum locum, arg. l. 86. ff. de leg. 3. Negus. d. m. 2. n. 14. Moz. d. c. 3.  
n. 16. ibiq. multi allegati. bona emphyteutica l. 31. ibiq. Goth. ff. de pign. Et  
hyp. Non tamen sub generali obligatione continentur bona sub pœnā alie-

vari prohibita. Treutl. d. D. 1. th. 2. lit. D. ibiq Bach. non bona feudalia c. 55.  
in pr. l. 2. F. non bona dotalia l. un. §. 15. C. de rei ux. act. pr. I. quib. alien.  
lic. nec bona subjecta restitutioni fideicommissariæ purè vel conditionali-  
ter, l. fin. §. 2. C. commun. de leg. quam sent. communem post Negus. re-  
fert Bachov. de pign. l. 1. c. 6. n. 9. non jus patronatus. c. cum Bertholdus de  
re judic. Negus. d. m. 2. n. 60. Treutl. d. th. 2. lit. d. Deniq; non veniunt sub  
generali hac obligatione omnia, quæcunq; in specie obligari non possunt,  
de quib. th. seq. lit. e. f. g. vel quæ verisimiliter nemo in specie fuisset obli-  
gaturus, idq; vel propter quotidianum necessarium eorum usum, qualia  
sunt unicuiq; vestes & suppellex quotidiana, artifici instrumenta, militi ar-  
ma, studioso libri, agricolæ instrumenta aratoria, l. 6. & l. 7. ff. de pign. &  
hyp. Gail. 2. O. 25. n. 6. vel propter singularem affectionem, ut sunt servi,  
filii naturales, concubinæ, & similes personæ, l. 8. ff. eod. l. 1. C. quæ res pign.  
Vander. de priu. cred. c. 14. n. 1. Pignus autem hoc generale ita afficit res  
singulas, ut creditor eas sine consensu suo alienatas persequi possit, non mi-  
nus ac si specialiter obligatæ essent, l. 8. inf. C. de secund. nupt. l. un. C. rem  
al. ger. non interd. l. 15. C. h.t.l. pen. C. de remis. pign. Diss. Negus. d.p. 2. m. 1.  
Moz. d. c. 3. n. 36. speciale tamén proprios suos effectus continere non  
diffiteor, arg. l. 66. ff. de furt. & c. (g) l. 1. l. 15. §. 1. l. 26. §. 1. ff. de p. & h.  
Et sic non extendit sese nisi ad ea quæ specialiter comprehensa sunt, vel ex-  
presso consensu, vel vi ac potestate legis, ut sunt, quæ vel rei pignoratæ ac-  
cedunt, ut pars fundo per alluvionem: l. 16. ff. de P. & H. ususfructus propri-  
etati, l. 18. §. 1. ff. de pign. Act. ædificium areæ, l. 21. ff. eod. (quod secus est in  
peculio servi pignori dati l. 1. §. 1. ff. de P. & H.) vel ex re pignerata nascun-  
tur, ut partus ancillarum l. 29. §. 1. l. 26. §. 1. ff. de P. & H. fœtus pecorum l. 13.  
in pr. ff. eod. l. 44. ff. de R. V.

## VII.

Pignus hoc conventionale constituere possunt domini ve-  
ri, (a) vel quasi, (b) & qui dominorum loco habentur: (c)  
omnibusq; in rebus, (d) quæ naturâ, (e) vel lege (f) non  
prohibentur; (g) purè vel sub conditione, (h) vel pactis ad-  
jectis, iisque licitis, (i) inter quæ frequentissimum pactum  
ærtixpños: (k) non illicitis, (l) inter quæ pactum legis com-  
missoriæ, (m) ut iniquum, (n) omni jure improbat. (o)

(a) l. 6. C. quæ res pign. obl. l. 2. 6. fin. C. si al. res pign. l. nemo ff. de  
R. I. dummodo habeant jus necendi, liberamq; rerum administrationem  
l. 18. §. fin. ff. de pign. A. pupillus enim sine tutoris autoritate, servus sine  
domini, filiusf. sine patris consensu oppignorare nequeunt l. 1. ff. quæ res  
pign. l. 4. l. fin. C. si al. res pign. (b) ut Emphyteuta l. 31. ff. de P. & H. qui li-  
cet emphyteus in inconsulto domino alienare non possit, l. 3. C. de jur. em-  
phyt. oppignorare tamén non prohibetur l. 16. §. fin. ff. de pign. A. Iason. in d. l. 3  
superficiarius l. 13. §. 3. ff. de P. & H. ususfructarius, l. 2. §. 2. eod. vide ad inf. lit.  
D. bonæ fidei possessor, cui publicana competit l. 18. l. 21. §. 1. ff. d. t. (c) ut  
tutores & curatores l. 27. ff. de admin. tut. l. 157. ff. de R. I. qui res minorum  
& pupillorum in eorum commodum & rem, pignori regulariter dare pos-  
sunt l. 16. pr. ff. de pign. act. l. 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub sui. hodie tamén  
non

16.  
5.

non aliter, nisi præcedente inquisitione iudicis & interposito decreto: ad quod obtinendum non sufficit allegare debita pupilli, sed & justas causas probare oportet, l. 6. C. de præd. Et al. reb. min. & ita conclusum olim in Camerâ Anno 1565. 18. Aug. in causa Neydeck contra die Ruden von Rollenberg) sive sint res mobiles pretiosæ, sive immobiles l. 22. C. de adm. tit. Me-noch. de A. I. Q. l. 2. cas. 171. num. 30. Et seqq. quod etiam expressè cautum Reichsabsch. de Anno 1548. tit. Von der Pupillen vnd minderjährigen Kin-der Tutori vnd Vormünder. §. Item dasz er nach befohlener verwaltung ic. quæ repetita sunt in der Policeyordnung zu Frankfurt gebessert Anno 1577. l. 32. §. pen. ibi noch dieselbige ohne vorwissen/ erkäntnis vnd decret der O-berkeit/ vereusseren/ verpfänden oder beschweren ic. Administratores Reip. & Civitatum l. 11. in pr. ff. de P. Et H. Negus. p. 3. m. 1. num. fin. Moz. de pign. rubr. de person. n. 16. Sed cum Imperator sit administrator (haud secus ut tu-tor secundum Thom. Mich. de iurisdict. concl. 14.) Imperii Rom. ut patet ex Recessu Imp. zu Augspurg Anno 1559. ibi. Die Administration vnd verwaltun-gen des Röm. Reichs fernernicht behalten ic. & paulo post: vns mit der bür-de vnd verwaltungen des Röm. Reichs/ auch anhangenden digniteten ic. des Röm: Keyserthums beladen, quæstionis hic est elegantis: An igitur & Im-perator res imperii sine assensu Electorum ac Procerum oppignorarare pos-sit? Negativæ ut veriori intrepide insisto, non tantum quod hæc administra-tio non in alienatione, arg. l. 63. ff. de procur. l. 16. C. eod. sed in auctione potissimum consistat, arg. text. in pr. de Justin. C. confirm. l. unic. ibiq. Bart. Et DD. ff. de off. pref. prætor. unde allezeit Mehrer des Reichs appellantur; sed etiam certis pactorum formulis juramento ab Imperatore confirmatis (quas capitulationem seu legem Regiam vulgo nominant) certisque cancellis sit circumscripta, & quoad oppignorationem etiam expressè sit limitata, ut pa-tet ex tenore capitulationis Caroli V. (quam exhibet Sleidan. l. 1. com. hist. in f. p. m. 28. contracte, plenius Goldast. in Const. Imp. Caroli V. ad Rudolph. II. p. 2. tom 1.) & capitulationis modo regnantis Imperatoris Ferdinandi II. Do-minii nostri clementiss. de dato Frankfurt den 28. Aug. Anno 1619. c. 8. ibi zu dem sollen vnd wollen wir von dem H. R. Reich/ vnd desselben zugehö-rengem / ohne wissen / willen vnd zulassen gemelter Churfürsten samptlich nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch in andere wege vereusseren. (d) tam mobilibus quam immobilibus l. 16. l. pen. ff. de P. Et H. t. t. C. qua res pign. tam corporalibus, quam incorporalibus l. 4. C. eod. l. 20. ff. de P. Et H. & sic usumfructum, l. 9. l. 11. §. 2. ibiq. Goth. ff. eod. l. 72. ff. de R. l. quoad jus tamen reale utendi fruendi, manente jure personali in per-sonâ ipsius usufructuarii, scut & nomina actionesq; l. 18. pr. ff. de pign. act. l. 4. C. qua res pign. oppignorari posse statuo, ut tamen soluto jure dantis sol-vatur jus accipientis: tam præsentibus quam futuris: l. 15. pr. ff. de P. Et H. l. fin. C. qua res pign. & quæ empt. & venditionem recipiunt l. 9. inf. ff. de p.. Et h. exceptâ re alienâ, de quâ inf. lit. f. (e) ut quæ extra commercium sunt l. 1. §. 2. ff. qua res pign. ut res sacrae §. 8. l. de R. D. l. 21. C. de SS. Eccles. nisi pro redemptione captivorum, pro alendis pauperibus, templo ædificando, vel loco religioso ampliando c. aurum. 70. c. 12. q. 2. vel alia iustissimâ causâ ur-gente c. 1. extr. de pign. religiosæ, l. 3. C. qua res pign. sanctæ, §. 10. l. de R. D. liber homo l. fin. ff. qua res pign. l. 6. C. eod. l. 12. cum Auth. seq. C. de O. Et A. c. 2. extr. de pign. Excepto casu l. 2. C. de postl. l. 15. Et 21. ff. eod. de quo supr. ch. 4. lit. s. & casu l. fin. C. de par. qui lib. distr. Sich. ad rubr. C. h. t. n. 22. Et seqq.

Hinc



Hinc liberorum hominum ( quibus alieni debiti causa manus injiciuntur )  
oppignorationes , quas vulgo represalias , fortè vel à Gallico reprendre vel  
reprise , vel ab Italico presa , quod capturam sonat , vel à Latino repræsentare ,  
quod videlicet detenti repræsentent personam justitiam denegantium , vel à re-  
primere & vocant , regulariter non valere , nec de jure defendi posse statuo , per  
l. un. C. ut null. ex vican. pro alien. Nov. 52. c. 1. Nov. 134. c. 7. Auth. sed omnino .  
ibid. Sich. C. ne ux. promar. Auth. Habita. C. ne fil. pro patr. c. unic. de injur. in 6.  
adde Reichs Absch. de An. 1570. §. Wann auch die Arresta wie die Repressalien  
Gail. tract. de pignorat. c. 2. Et l. 1. obs. 8. n. 4. ( Diff. Mart. Laud. Tr. de re-  
pres. in pr. n. 3. Et seqq. Ioh. Jacob. de canib. de represal. p. 1. Cui consequens  
est , si quis creditor ab alterius Principis vel magistratus subdito debitum suum  
consequi nequeat , magistratu vel judice protelante , seu denegante cre-  
ditori justitiam administrare , male concedantur represaliæ , ex quo hisce ca-  
sibus aliis legitimis modis jus suum consequi potest , & quidem priori casu ,  
immediatè superiore , seu Cameram adire potest , ibidem vel mandatum poe-  
nale cum clausula contra judicem negligentem , ut intra certum tempus ju-  
stitiam administret , impetrare potest , quo tempore elapso , ad pœnam man-  
dato insertam agere Gail. t. O. 28. n. 3. vel promotoriales petere Ord. Cam. p. 2.  
t. 1. §. Es soll auch demnach ic. Et t. 26. per tot. quæ tanquam favorabiles  
in Camera ad promovendam justitiam facile , etiam sine requisitionis instru-  
mento Reichs Absch. de Anno 1566. §. Nach dem denen Parthehen ic. decet-  
nuntur , insinuatorumque earum termino effluxo , causa , in quocunq; statu sit ,  
ad Cameram ipso jure devolvitur Deputat. Absch. de Anno 1600. §. Ob auch  
promotoriales Et c. Denais Iur. Cam. concl. 171. §. 5. Et 6. Schwaneman praet.  
Obs. 70. Posteriori verò casu , judice videlicet apertè ac evidenter justitiam de-  
negante , si hic immediatè Imperio subsit , causa recta , non attentis instantiis  
privilegiatis , Ord. Cam. d. p. 2. t. 26. Gail. 1. O. 1. n. 21. ad Cameram devolvi-  
tur , & citatio ex capite denegatae justitiae decernitur , Gail. 1. O. 28. Myns. 2.  
O. 24. Et 74. Et 3. O. 57. Et cent. 5. O. 82. Schwaneman Obs. 167. Magenhorst  
ad Ord. Cam. p. 2. t. 26. Huic non incommodè annexatur quæstio : An ad ob-  
stagia , vulgo die Leistungen oder Leistungnahmungen / quis pro debito se obli-  
gare possit ? Quod affirmandum videtur de Iure Canon. per text. in c. Ex re-  
scripto. extr. de jurejur. Et ibidem Gl. in verb. Obsides Et commun. Cano-  
nistæ. Et de Iure Constit. Imperii de Anno 1548. tit. von Wucherlichen Con-  
tracten. §. fin. Et sunt obstagia ejusmodi Cameræ decisionibus multoties  
confirmata testibus Gail. 2. O. 45. n. 2. Et in tr. de pace publ. l. 2. c. 2. num. 6.  
Myns. 6. Obs. 51. Postea tamen ob nimium eorum abusum subsequenti Po-  
licen Ordnung zu Frankfurt gebessert Anno 1577. tit. 17. §. Wiewol auch  
in desz H. Reichs ic. sublata & abrogata , quod similiter factum in ducatu  
& Electoratu Saxonie menavit Coler. de process. execut. p. 1. c. 8. n. 92. Frider.  
Mindan. de proces. Et mandat. l. 2. c. 71. §. 9. n. 13. ( f ) ut res litigiosæ l. 1.  
§. fin. ff. quæ res pign. res pupillorum & minorum sine decreto , per notata  
supr. ad lit. C. bona dotalia l. un. C. de rei ux. act. bona feudalia c. 1. t. de pro-  
hib. feud. al. p. Frider. 55. ( non tamen fructus eorum Gail. 1. O. 117. VVesemb.  
in parat. quæ res pign. n. 2. quod tamen ita limito , ut vasallus tamen habe-  
at , unde servitia domino commode præstare possit ) Quid si verò feudi domi-  
nus in oppignorationem feudi consenserit , & postea vasallo sine heredibus  
mortuo , feendum ad dominum devolutum fuerit , an ea pignoratio ita firmæ  
maneat , ut dominus creditoribus satisfacere teneatur ? Affirmatiæ palmam  
offerò

46.  
5.

offerimus cum Harpr. ad S. creditor. 4. n. 180. I. quib. mod. re contr. obl. Vultej.  
de feud. l. 1. c. 10. num. 114. Dissent. allegati ibi. bona fideicommissio purè  
subiecta, l. fin. §. 2. C. commun. de legat. exceptis duobus casibus in Auth.  
Res qua. C. eod. ubi Sichard. instrumenta deputata ad agriculturam, l. 7.  
§. 8. cum Auth. seq. C. qua res pign. ne quidem rusticorum voluntate,  
Moz. d. l. num. 20. Negus. d. p. 2. m. 3. num. 49. qui tamen hoc consuetudine  
non observari testantur. Diff. Donel. ad d. Auth. num. 4. Aliter diff. Alii,  
qui ea quidem non oppignorari, sed hypothecari posse statuunt. Arma militum.  
arg. l. 14. §. 1. ff. de re milit. militante hic interesse Reipubl. Præmia  
futuræ victoriæ, l. 5. C. quares pign. obl. ibiq. Cujac. in parat. servitutes ur-  
banæ, l. II. §. fin. ff. de P. & H. rusticarum vero oppignoratio, licet non ipso  
jure, tamen ex bono & æquo ob utilitatem contrahentium sustinetur, me-  
do vicinum prædium habenti oppignorentur, l. 12. ff. de P. & H. Sich. ad  
rubr. C. d. t. num. 29. Cujac. in parat. C. si res al. pign. & l. 15. Obs. 6. Ba-  
chov. anim. ad Treutl. v. 1. D. 17. th. 12. lit. b. Diff. Treutl. ibi & Diff. l. th. 5.  
lit. h. vol. 2. Duaren. 2. Diff. 13. Donel. d. tr. c. 8. Pac. cent. s. q. 26. Res ali-  
ena l. 2. l. 20. ff. de pign. act. l. 1. & t. t. C. si res al. pign. det. ibiq. DD.  
Schneiduv. ad S. creditor. 4. num. 14. I. quib. mod. re obl. ibiq. Harprecht.  
num. 138. & DD. commun. nisi pignorans; vel habeat jus in re, sic enim pi-  
gnus pignori dare potest. t. t. C. si pign. pig. det. 2. vel jus ad rem, sic enim rem  
sibi debitam, proinde nondum suam, obligat. l. 1. in pr. ff. de pign. & hyp. l. 3.  
§. 1. ff. qui pot. in pign. arg. l. 49. ff. de V. s. l. 15. de R. l. 3. Vel dominus ra-  
tificaret obligationem, l. 16. §. 1. ff. de P. & H. l. fin. C. si res al. 4. Vel si de-  
bitor eam obliget cum conditione, si sua erit: nam tunc purificatâ condi-  
tione valebit obligatio utiliter, d. l. 16. §. 7. l. 7. §. 1. ff. qui pot. in pign. 5. Si  
debitor ex postfacto ejus dominus fiat, v. g. si heres à domino instituatur  
l. 41. pr. ff. de pig. act. quia & tunc confirmabitur obligatio non tam dire-  
cto & jure stricto, quam ex æquitate, & utilis hypothecaria datur l. 5. C. si al.  
res pign. Harpr. ad d. S. creditor. n. 135. Bach. de pign. l. 2. c. 4. dum tamen  
creditor rem alienam esse ignoraverit, l. 1. in pr. ibiq. Costal. & Goth. ff. de P.  
& H. sed quid è diverso, si dominus fiat heres debitoris, v. g. Titius rem  
Sempronii obligavit, & Sempronius postea successit Titio, an eo quoq; casu  
convalescat pignus, ut persecutio pignoris detur creditori? intricatissima est  
controversia propter l. 22. ff. de pig. & hyp. ubi illud Modestinus affirmare,  
& l. 41. ff. de pign. act. ubi id Paulus apertè negare videtur: in conciliandis  
his maximè mirèque DD. variant. Aliter enim hos textus conciliare ni-  
titur Duaren. 2. Disputat. anni ver. 4. Aliter Bocer. clas. 2. Disputat. 12. th.  
23. Aliter Gothofr. ad. d. l. 41. Aliter Alciat. 7. parerg. 14. Aliter Charond. 1.  
veris. 4. Aliter Vultejus 1. disc. schol. 17. Aliter Accurs. & vulgo DD. in d. l. 22.  
Aliter alii. Nonnulli in ea sunt opinione, nullo ingenioso commento hanc  
diffensionem tegi posse, ut Hottom. ad t. ff. quares pign. circa fin. & s. Obs. 18.  
Ant. Matt. Diff. 10. pand. th. 14. Ant. Faber. 20. Conject. 17. & ferè Cujac. 19. O. 26.  
quorum se assiclam profitetur subtilissimus Ictus Bachov. in. Tr. de pign. l. 2.  
c. 4. n. 8. & de action. Diff. 3. th. 36. supradictorum DD. conciliationibus sub  
incudem accusationis rimationis revocatis, vix aliquam mendā carentem  
deprehendo: quapropter malo hic dicere Paulum in d. l. 41. magis strictū jus,  
Modestinum vero æquitatē respexisse (g) Est enim hic contractus de genere  
permisorum, in quibus hic canon perpetuo locum invenit. (h) l. 13. §.  
pen. ff. de pign. & hyp. idq; commune habet hæc conventio cum aliis: sed

C illud

illud hic animadvertisendum, quod conditio quædam insit & tacite, si videlicet ipsa principalis obligatio habeat conditionem, quæ ante quam existat, pignus non obligatur. l. 5. in fin. pr. ff. de P. Et H. l. 13. §. pen. ff. eod. (i) l. 1. §. 1. Et 2. ff. de pign. Et hyp. tale est pactum, ne liceat debitori vendere pignus, l. 7. §. fin. ff. de distr. pign. vel ut liceat vendere, l. 4. C. de pign. act. ut debitor onera tributaria ferat, l. 52. ff. de pact. ut pecunia non soluta creditor possideat, & habeat rem justo pretio tunc estimandam, l. 16. §. fin. ff. de pign. Et hyp. quoniam conditio rei estimandæ justo pretio tollit vitium pacti commissorii. Menoch. de adip. posse rem. s. n. 44. per authorit. ibi alleg. Coler. de proces. execut. p. 1. c. 10. n. 214. Diss. Molin. in Tr. de commerc. Et usur. q. 52. n. 360. Itemq; pactum quod non soluto debito creditor propriâ authoritate possit occupare pignus, l. 3. C. de pign. Et hyp. l. pen. C. de pign. art. Moz. de accid. pign. n. 18. Sed an vi huius pacti adjecti creditor simpliciter propriâ authoritate pignus occupare possit, disquisitionis maximè est ambiguae. Circa quam distinguendum puto hoc modo: Aut debitor non contradicit, & nullum mihi est dubium, quin vigore præcedentis pacti id possit. Aut verò resistit, idq; vel verbis tantum, & rursus creditorem propriâ authoritate (nisi tamen justâ ex causâ eâq; manifestâ resisteret, v. c. solutionem debiti integraliter offerendo, arg. l. 2. C. debit. Vend. pign. imp. non. l. 73. ff. de procur. aut alia Gl. in l. non abs re. 10. C. unde vi vers. allegatio arg. l. 12. inf. ff. de vi Et vi arm. Menoch. de adip. posse rem. s. n. 78. Et 79. Coler. de proces. execut. p. 1. c. 5. n. 110. Et seq.) pignus occupare posse sentio: in tantum, ut excusatetur à vi honorum raptorum l. 7. C. unde vi. & à pœnâ Edicti D. Marci in l. 13. ff. quod met. caus. tutius tamen eum agere, si possessionem ingrediatur cum Magistratus decreto ac consensu, l. 3. C. de pign. Et hyp. Aut deniq; debitor resistit facto & armis, & tum nec debere, nec posse creditor amplius propriâ authoritate per vim & armatâ manu ingredi ac occupare rem statuo, pactum siquidem hoc, secundum Salic. Sich. & Dd. ind. l. 3. C. de pign. Et hyp. ad vim armatam non extenditur, maximè cum per eiusmodi occupationem possint oriri tumultus, homicidia & cædes, quod minimè permittendum l. 13. §. 3. ff. de usfr. l. 176. ff. de R. I. ne quidem, etiamsi hoc expressè per pactum, scil. quod creditor, etiam debitore facto ac armis resistente, posset propriâ authoritate rem pignoratam occupare, esset conventum; cum pactum non possit aliquid inducere, quod est contra bonos mores, l. 6. C. de pact. vel generat peccatum, arg. l. 5. ff. de pact. dot. Simile pactum est & hoc: Das der glaubiger auf den fall der nichthaltung zu den verpfändeten Gütern greissen / sich darinnen also bald via executiva per Cameræ judicium einsetzen / oder sich seines gefallens daraus bezahlt machen möge. Sed an vigore huius pacti super obligationibus, quibus adjicitur, mandata sine clausula in Camerâ decernenda? hac de re diversæ inter DD. Camerales olim fuere opiniones, & majoribus tandem conclusum fuit, hoc in casu mandata de solvendo, non in personam, sed in rem & bona hypothecata, sine clausula decernenda esse, quæ opinio (displicens quidem Fridero Mind. de proces. Et mand. l. 2. c. 71. n. 5.) Anno 159. approbata fuit, ac tandem publicè recepta ac confirmata in Deput. Reces. Anno 1600. s. Ob auch auf obligaciones und verschreibungen/rc. Et pro hujusmodi mandatis saepius vidi in Camera supplicationes exhibitas, ad quas simpliciter ejusmodi mandata sine claus. decreta. Ejus farinæ denique pactum est: Das der glaubiger macht und Gewalt haben soll/ seines gefallens gegen die verschriene

16. 5.

bene Güter zu verfahren / und sich daran mit oder ohne Recht bezahlt zu machen. Quidnam hic particula mit oder ohne Recht importent, an hic simili-  
ter mandata sine clausula decernenda non levius itidem in Camerā olim fuit  
disquisitionis: sed cum res hæc hodie novissimè per Reces. Deput. de An-  
no 1600. §. Gleicher gestalt ist gezwe ffelt / re. ut nimurum pacti verba mit  
Recht ad processum ordinarium referantur, verba vero ohne Recht mandato  
sine clausulâ inter personas immediate Cameræ subjectas locum faciant,  
satis aperte sit decisa, ulterioribus disputationum tricis eam hodie implica-  
re indignum existimo. (k) si scil. convenerit, ut creditor usum vel fru-  
ctus rei (quos regulariter non lucratur l. 22. §. 2. ff. de pign. act. l. 1. 2. 3. C. eod.)  
in vicem usurarum percipiat, l. 1. §. 3. l. 11. §. 1. ff. de pign. Et hyp. Molin. de  
usur. q. 35. n. 260. Duar. ad t. C. de usur. c. 1. Gest. 2. Obs. 3. Mys. 6. Obs. 7.  
quod pactum à Neotericis recte in expressum & tacitum distinguitur. vide  
eleganter Bachov. de pign. c. 14. lib. 1. Sed num ἀριχηνος, quatenus exce-  
dit legitimū modū usurarum, sustineri queat? de hoc acerrimè contro-  
vertitur inter DD. pro affirm. facit, l. 14. l. 17. C. de usur. l. 11. ff. l. 1. fin. de pign.  
Et hyp. Pro negat. facit l. 1. §. 3. ff. d. 1 l. 8. ff. in quib. caus. pign. l. 26. C. de  
usur. Reform. Policey Ordnung zu Augspurg Anno 1548. von wucherlichen  
Contracten/ variè has pugnantes sententias conciliare nituntur DD. Non-  
nulli distinguunt inter ἀριχηνος tacitam & expressam, illam servare modū  
usurarum, hanc non. Alii simpliciter distinguunt inter excessum magnum  
& modicum: placet hic probabilis distinctio inter fructus rei oppignoratæ  
certos & incertos, quam plenius tradit Donel. c. 4. de usur. Et ad l. 17. C. de  
usur. quem vide. (l) quale est, ut debitori nunquam liceat luere pignus,  
arg. l. fin. C. de pact. pign. Confer Negus. p. 4. princ. n. 30. Et seqq. Cothman.  
Vol. 2. Conf. 56. n. 99. ubi n. 100. Et seqq. idem de pacto, ne intra 100. annos  
luatur, statuit. (m) quo id agitur, ut nisi intra certum tempus debitor pe-  
cuniā solverit, & sic pignus fuerit, illud in commissum cadat, Da die ein-  
gesetzte Pfandt in benanter zeit nicht gelöst würden / das alßdann dieselbe ih-  
me dem Glaub ger verstanden vnd heimgefallen sein sollen / ex quo manife-  
stum evadit, appellationem L. commissoriæ non à commissis Fisco, ut putat  
Treutl. d. Disp. 1. th. 6 lit. c. quam à communī & in usu Iuris frequentata verbi  
committere notione esse petendam. (n) ita commun. omnes Interpretes  
hoc pactum, appellant quibus ita loquentibus inequitat Faber Dec. 21. Err. I.  
Et 2. à cuius insultatione eos vindicat Bach. ad Treutl. ad d. th. 6. lit. d. (o)  
tam civili, l. fin. C. de pact. pign. ibiq. Sich. Et DD. quam Canonico c. pen. extir.  
de pign. tum quod hoc pactum fiat in fraudem usurarum, tum quod miseri  
& egentes debitores nihil non paciscantur cum improbis ac avaris fœnera-  
toribus, qui, hoc admissō, nemini crederent pecuniā, nisi sub tali pacto;  
tum deniq; quod pignoris fini (qui est, ut creditor sit securus de pecuniā,  
suprath. 1. lit. d. non ut illicitum lucrum querat) repugnat: Et ob id etiam  
hoc pactum in hac conventione pignoris est improbatum, & Iudæis inter-  
dictum in der Policey Ordnung Anno 1577. zu Frankfurt gebessert/ lit. 20. §.  
Und dieweil man/re. An autem pactum hoc, si ex intervallo sit appositum,  
cum eo casu videantur cessare hæ rationes, summa scil. egestas debitoris, &  
præsumpta extorsio creditoris, valebit? Negativæ calculum adjiciendum  
opinor, arg. l. fin. C. de pact. pign. Et hanc opin. tenet Treutl. d. th. 6. lit. d.  
ibiq. citati Boer. class. 2. d. Disp. 12. th. 35. lit. b. Harpr. ad S. creditor. fin. n. 214.  
l. quib. mod. re. Menoch. rem. 5. adip. poss. n. 42. Molin. de usur. n. 363. Et seqq.

Covar. 3. V. R. 2.n.8. vers. Tertio &c. Diff. Negus. d.p.4. n.6. Moꝝ. de accid.  
pign. n.12. Costal. in l.34. ff. de pign. act. & commun. Interpretes in d.l. fin. C.  
de pact. pign. Et ne quidem, si pactum hoc inter debitorem & tertium, velu-  
ti fidejuslorem, fuerit initum, valere, contra Treutleri d.l. ibiq; citatorum &  
commun. DD. sententiam defendere nitar. Sed an pactum hoc juramento  
confirmari possit? non minus controvertitur: Distinguendum hic arbitror  
inter decisionem Iuris Civilis & Canonici: De Iure enim Civili res videtur  
liquida ex L.5. C.de LL. de Iure vero Canonico ita statuendum: pactum qui-  
dem hoc non confirmari, sed manere nullum, cum ab ipso Iure Canon. se-  
quente haec tenus Ius Civile in c. significante 7. de pign. improbetur, jura-  
mentum tamen, si accesserit, esse servandum arg. c. cum contingat extr. de  
jurejur. An vero consuetudine firmari possit? Nego arg. d. l. fin. l. 2. C. que  
sit long. consuet. c.fin. ibiq; Gl. vers. rationabilis extr. de consuet. Reichs-  
Absch. zu Augspurg de Anno 1551. S. Und nach dem etwan hin vnd wider.  
An renunciatione debitoris? rursus nego, quippe cum hoc pactum à Con-  
stantino non tantum in favorem debitoris, sed & in odium creditorum ac  
fœneratorum, arg. d. l. fin. sit annullatum, & ob utilitatem publicam pro-  
hibitum.

### VIII.

Visis causis, subjectis, ac adjunctis pignorum, methodus  
suadet h̄ic subjecere de effectu: pignoris constitutionem sequen-  
te, qui est vel immediatus, vel mediatus: ille est afficere ipsam rem:  
(a) hic multiplex: vel enim sunt effectus proprii, qui scil. ex  
constitutione pignoris in specie, vel communes, qui ex consti-  
tutione tam pignoris quam hypothecæ oriuntur: (b) proprii  
effectus pignoris specificè sumpti sunt jus possidendi (c) excipi-  
endi, (d) & retinendi (e) communes sunt jus agendi & jus  
distrahendi.

(a) Et quidem totam & in solidum; ita ut non cesset in totâ re quan-  
diu creditori ad unguem non est. satis factum, & haec tenus patet obligatio-  
nis pignoris propriam plane esse naturam ab obligatione principali, quæ ut  
maximè dividua sit, l.11. §.1. ff. de duob. reis, obligatio tamen pignoris indi-  
vidua est & manet, l.65. ff. de evict. l.1. & 2. C. si unus ex plur. ita ut licet vo-  
lenti quoq; creditori pars soluta sit, l.6. C. de distr. pig. aut alias obligatio ex  
parte extincta, l.16. C.eod. nihilominus res oppignorata in solidum maneat  
obligata, donec vel extremus teruncius fuerit exsolitus, d. l. 65. l. 85. S. pen.  
ff. de V. O. Sich. ad rubr. C. de pig. & hyp. n. 35. Oldendorp. de Action. clas. 3.  
Act. 10. ibiq; de ejus practican. 4. Hinc licet ex L. 12. tabb. obligatio activè &  
passivè inter heredes & in heredes plures creditoris aut debitoris dividatur,  
pignoris tamen obligatio ( exceptâ tamen obligatione tacitæ hypothecæ,  
quam habent legatarii in bonis testatoris, l.1. circa fin. C. commun. de legat.)  
individua manet l.8. §.2. & l.11. §.4. ff. de pign. act. l.1. C. de luit. pign. l.1. C. si  
unus ex plur. Hinc & singulis heredibus creditoris persecutio pignoris in  
solidum contra quoscunq; possessores datur, ita ut aut totum debitum sol-  
vere, aut re totâ cedere cogantur l.2. C. si un. ex plur. Oldendorp. d.l. num. 4.

Bocer.

Bocer. p. 1. cl. 2. Disp. 12. th. 74. idq; non solum, si una res, sed etiam si plures  
sint obligatæ, ut nisi toto debito soluto, nulla ex iis liberetur l. 19. ibid. latè  
Gothof. ff. de pign. & hyp. l. fin. ff. quib. mod. pig. solv. Et si aliud statueretur in  
hypothecâ generali, vix res reperiaret exitum, quod exemplo innuit Negus.  
p. 8. m. 1. n. 50. Disquisitionis hic erit opportunæ: si rem duobus obligatam  
ponamus, An singulis teneatur in solidū, aut pignori ita teneri possit? Quod  
ICtus in l. 16. §. 8. ff. de P. & H. expressè affirmat, cui contradicit Faber. dec.  
21. c. 9. ubi non magis rem duobus obligatam in solidum esse posse ait, quā  
ut duo ejusdem rei in solidum sint domini, & se hac in re à Triboniano, à  
quo manum esse admotam dicto textui, & ab omnibus interpretibus dissen-  
tire profitetur, quem refutat Bach. de pign. l. 3. c. 3. latè. (b) pignore scil. &  
hypothecâ specificè sumptis, & licet utraq; hæc species, ut ita loquar, non  
semper maneat in naturâ suâ, quā initio ex constitutione habet, sed ex post-  
facto aut accidente in speciem sibi oppositam interdum quasi transforme-  
tur, & inde fieri possit, ut, quod initio uni speciei dicebatur proprium, alteri  
speciei etiam communicetur, atq; hactenus omnes effectus possint dici com-  
munes, non tamen proprium uni speciei tribuitur alteri, quā tali, sed muta-  
tā qualitate, Hinc melioris dispositionis gratia effectus ad quamlibet spe-  
ciem, quā talem, ordine referre hic mihi non inconveniens visum fuit. (c)  
seu ipsa possessio quæ factâ traditione transit in creditorem, l. 35. ff. de pign.  
act. Bocer. d. Disp. 12. th. 67. Sed quæ ac qualis possessio in creditorem transfe-  
ratur, maximè est controversum: Pleriq; enim DD. creditori tantum natura-  
lem possessionem tribuunt, quibus etiam adsentit Meier in Col. Argent. b. r.  
th. 17. multi tantum detentionem, qualis est apud depositarium, commoda-  
tarium, &c. Ego autem non solum naturalem, sed & civilem possessionem  
penes creditorem esse, defendere tentabo, tum quod creditor multoties dici-  
tur possessor pignoris, l. 17. §. 1. ff. ad SC. Vellej. juncta l. 10. ff. de P. & H. qui-  
nimo bonæ fidei possessor, l. 22. §. 2. ff. de pign. act. possidere l. 1. §. 15. ff. de ac-  
quir. poss. l. 19. §. fin. ff. defurt. & c. possessio apud eum esse, l. 37. ff. de  
acq. rer. dom. possessionem retinere, l. 40. in pr. ff. de acquir. poss. agit ad eam  
restituendam. d. l. 22. §. 3. ff. de pign. act. habet contra quoscunq; possessores  
amissâ possessione hypothecariam per alleg. th. 9. lit. c. & d. interdicta pos-  
sessoria Gl. int. 1. ff. de pign. act. Negus. p. 3. m. 1. n. 31. & m. 2. n. 33. ibid. citati.  
tum quod debitor rem precario rogat & conductit à creditore, l. 22. §. 3. l. 29.  
l. 35. inf. l. 37. ff. de pign. act. l. 36. ff. de acquir. poss. l. 6. §. fin. ff. de precar. l. 2. C.  
de distr. pign. jam autem qui conductit, hoc ipso possessionem, quam etiam  
habet, amittit, l. 19. ff. de acquir. poss. alieno nomine possidere incipit, l. 37. ff.  
eod. l. 77. ff. de rei vind. facit maximè etiam pro hac sententia, l. 1. §. 15. ff. de  
acquir. poss. & l. 16. ff. de usurp. (d) seu exceptio, quā possessor defenditur,  
& hæc in specie vocatur exceptio pignoratitia, l. 6. §. 9. ff. com. divid. & pi-  
gnoris defensio l. 10. C. de pign. act. (e) Vulgo jus retentionis: potest enim  
pignus datum pro pecuniâ debitâ ex unâ causâ retineri & pro aliâ pecuniâ,  
quod sine pignore debetur, l. unic. C. etiam ob chir. pecun. sic hoc jure usuræ  
pacto promissæ servari possunt, l. 4. l. 22. C. de usurp. quando autem pignus  
equè reneatur pro usuris ac forte principali, vide Negus. p. 5. m. 1. n. 10. & seqq.  
Quinimo ex hoc jure retentionis ob pignus postea inductum sensim videtur,  
ut res retinere aliâs liceret, eo argumento, quod res dicitur retineri quasi  
loco pignoris. l. 15. inf. ff. defurt. l. 13. §. 8. ff. d. act. empt. Vide Balduinum  
de pign. c. 13. per tot.

IX.

Jus hoc agendi vel cum ipsâ pignoris constitutione ex obligatione directo nascitur, vel jus constitutum consequitur & ex accidente seu postfacto existit: ex obligatione pignoris creditori directo nascitur duplex agendi jus: reale & personale: reale rursus vel petitorium, (a) ut actio serviana, (b) & quasi serviana, (c) vel possessorium, ut interdictum salvianum: (d) personale, ut actio pignoratitia: (e) jus, quod consequitur, & ex postfacto existit, pro qualitate accidentis est varium. (g)

(a) petitoria judicia seq. actiones nomino non simpliciter, sed in comparatione interdicti Salviani, propterq; affinitatem, quam habent cum aliis judiciis petitorii, quomodo etiam appellatur à Negus. p. 8. m. i. num. 1. Vers. Et ideo. VVesenb. in parat. ff. de salv. interd. n. 2. & in hanc sententiam commun. DD. tradunt, quod actiones hæ sapient naturam petitorii, quos citat Negus. d.l. (b) à Servio Prætore, qui eam introduxit, ita dicta, arg. §. 7. l. de action. Myns. ibi num. 10. Et est actio in rem, l. 17. ff. de P. & H. l. 18. C. eod. prætoria, d. §. 7. quâ locator res coloni in fundum conductum illatas ac inventas, & expressâ conventione, per ea quæ tradidi supr. th. 2. lit. k. pro mercede & deterioratione, d. th. 2. lit. l. pignori obligatas, petit & vindicat l. 4. l. 5. C. de remis. pign. (c) quia ad exemplum ejus introducta, d. §. 7. l. 1. in f. C. de preclar interdum simpliciter serviana: l. 3. pr. l. 18. l. 21. S. 1. ff. de P. & H. l. fin. C. de O. & A. l. 19. C. de usur. interdum utilis serviana: l. 13. §. 1. ff. ad SC. Vellej. interdum pignoris vindicatio l. 16. S. 3. ff. de P. & H. l. 10. C. de pign. act. & persecutio: l. 17. ff. de P. & H. l. 18. C. eod. quandoq; abusivè pignoratitia l. 7. §. 12. ff. com. disvid. in jure appellatur. Et est similiter actio in rem, d. l. 17. & 18. prætoria, d. §. 7. quâ creditor l. 3. S. 3. ff. ad exhib. res quascunq; d. §. 7. ibiq; Cujac. in not. (rebus coloni, pro quibus, serviana competere dixi, exceptis) pignori tacite vel expressè sibi obligatas l. 1. C. com. de leg. persequitur l. 66. in pr. ff. de evict. l. 2. C. de prator. pign. & c. directa datur creditori, cui pignus est constitutum, ejusq; heredibus d. §. 7. l. 1. C. si un. ex plur. utilis vero cessionario vel emptori t. t. ff. & C. de hered. vel act. vend. creditori, cui pignus pignori obligatum est, l. 13. §. 2. ff. de P. & H. l. 1. C. si pign. pignor vel nomen debitoris l. 4. C. que res pig. vel res aliena, cuj<sup>o</sup> postea dominus factus est. l. 22. ff. de P. & H. Creditor autem agens servianâ vel quasi serv. probare debet jus pignoris ex parte sui, & possessionem ex parte rei conventi l. 23. ff. de probat. ut & rem in bonis debitoris fuisse tempore contracti pignoris l. 3. l. 15. S. 1. ff. de P. & H. Bachov. de Action. Disp. 3. th. 37. lit. a. quod quidem indubitatum, si contra debitorem agat, dubium vero, si contra tertium possessorem, à quo ei quæstio dominij refertur. Glossa enim in §. Item serviana 7. Verb. Quasi serv. I. de Act. tenet, creditorem dominium probare tenere, videlicet debitorem tempore obligationis rei obligatae dominum fuisse, sed rejecta hac opinione Glossæ, quam etiam diabolicam DD. vocant, contrariæ sententiæ, scil. & hoc casu sufficere probationem, rem in bonis debitoris fuisse tempore obligationis, ut communi, ac in Camera Imper. receptæ, teste Gail. 2. O. 26. ibiq; cit. DD. subscribere non remoror. Creditor autem hodiè (licet olim secus fuerit l. 16. S. 3. l. 21. S. fin. ff. de P. & H. l. 14.

l. 14. l. 24. C. eod.) adversus tertium possessorem, principali debitore ac si de jussoribus nondum personali actione conventis & excussis, hac actione experiri non potest per No. 4. cap. 2. ibidem Cujac. Auth. sed hodie C. de O. & A. Auth. Hoc si debitor. ibidem Sich. n. 3. & seqq. C. de P. & H. Bocer. d. Disp. 12. th. 73. Oldend. de Action. cl. 3. Act. 10. de defens. rei. n. 4. Negus. d. p. 8. m. 1. n. 11. ibidem citati Bach. de Action. Disp. 3. th. 37. lit. b. nisi tamen possessor esset de heredibus debitoris vel fidejussoris, Gl. & Bart. in l. mulier. 19. ff. qui pot. in pign. eosq; referens Negus. d. l. n. 16. vel hi notoriè non essent solvendo, arg. l. 6. ff. de dol. Gail. 2. O. 27. n. 14. vel non facile conveniendo v.g. si sint absentes Sich. ad d. Auth. Hoc si debitor num. 23. vel potentes Gail. n. 25. vel pignus lite pendente sit alienatum Gl. & DD. in d. Auth. vel possessio pignoris culpâ annissâ, cum exceptione doli à debitore removeretur l. 4. §. 8. ibidem Goth. ff. de dol. mal. except. An cum hac actione hypoth. actio personalis cumulari possit? Affirmativam sequuntur Practici Gail. 2. O. 26. n. 4. Myns. i. O. 58. ubi in Cam. quondam in causa Gravenroth contra Schönenberg hanc cumulationem admissam, totiusq; Germaniae consuetudine receptam testatur, quam sententiam limitandam puto, ubi contra tertium possessorem agendum, An etiam in hac actione juretur in litem, affirmo per l. 21. §. fin. l. 16. §. 3. ff. de P. & H. l. 68. in f. ff. de rei vind. Oldend. de Act. cl. 3. Act. 10. §. 5. Bocer. d. Disp. th. 72. Negus. d. p. 8. m. 2. Disp. Ant. Faber. decad. 92. err. 10. & 16. conject. c. 15. An in eâ libellus alternativus admittatur, ut scil. vel res restituatur, vel debitum solvatur? quod nego, quia solvere est præstatio personalis, quæ oritur ex ipso contractu principali, & sic nihil commune habet cum actione hypothec. Contrarium statuit Gail. i. Obs. 62. n. 8. qui non tam videtur respexisse ad naturam hujus actionis, quam ad facultatem, quæ concessa est reo, solvendi debitum, & sic se liberandi ab obligacione principali, & simul accessoriâ juxta l. 16. §. 3. ff. de P. & H. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Præscribitur huic & suprad. actioni à tertio bonæ fidei possessore 10. annis inter præsentes, & 20. inter absentes l. 1. & 2. C. si ad g. credit. præsc. opp. l. fin. C. de O. & A. à malæ fidei possessore 30. annis l. 7. in pr. ibidem Goth. lit. c. de præsc. 30. ann. idq; de Iure Civili: secus de jure Canonico, quo nulla procedit præscriptio, nisi absit mala fides, c. fin. extr. de præscript. Ab ipso verò debitore, ejusq; herede 40. annis d. l. 7. §. 1. l. 1. §. 1. ibidem Goth. g. Treutl. d. D. 1. th. 7. in fin. Oldendorp. de action. d. cl. 3. act. 10. Bocer. d. Disp. 12. th. 7. 5. (d) à Salvio Iuliano Prætoriani Edicti conditore, quod locatori datur adversus colonum, ad possessionem rerum pignoratarum adquirendam l. 1. & t. t. ff. & C. de salv. interd. & quidem directum ex solâ causâ conductionis rustici prædii, utile verò ex causâ locationis prædii etiam urbani, facit quod omnes LL. sub. tit. ff. & C. b. t. loquantur de colono, & rebus ab eo in fundum conductum in vectis: sic quoq; directum contra debitorem tantum, l. 1. C. de precar. & interd. Salv. utile etiam contra tertium possessorem causam à conductore habentem l. 1. ff. de interd. salv. Doctores tamen commun. statuunt, directum quidem interd. ex causâ locationis, utile verò ex quâcunq; causa, & cuicunq; creditori, & contra tertium quemlibet possessorem, dari. Iason. in §. Item ser. tiana. 7. num. 83. & 94. l. de action. IV. Veselin Parat. ff. de salv. interd. n. 3. Negus. p. 8. m. 1. n. 5. & m. 3. n. 19. ibidem citati. Vide de hoc late Menoch. remed. 3. adipisc. pass. (e) quæ cum non nisi soluto demum pignore cum effectu maximè competat, eam ad thesin finalē, si prius modos solvendi pignoris præmiserim, rej. (f) quod.

quoddam enim jus agendi seu potius actiones quædam jure quodammodo proprio, quædam vero jure magis & nomine debitoris, à creditore exercentur, illius generis esse videntur actio Pauliana. §. 6. I. de Action. ibid. DD. l. i. C. t. t. ff. C. qua in fraud. credit. cui non multum dissimilis actio Calyfiana, de quibus Oldend. de Att. cl. 6. Att. i. §. 3. Actio seu judicium stellionatus l. i. in fin. l. 16. §. i. l. 36. in pr. §. 1. de pign. att. actio L. Aquiliz utilis. l. 27. ff. de P. C. H. Actio furti. l. 22. pr. ff. de pign. att. l. 79. l. 87. ff. de furt. non creditotenus, sed in solidum t. 15. in pr. ff. eod. Actio ad exhibendum l. 27. ff. de P. C. H. Actio quod nietus causal. 22. §. 1. ff. de pign. att. Actio interdicti ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. t. t. ff. ne vis fiat ei. Actio in factum l. 3. §. 2. ff. d. t. deniq; interdicta seu remedia possessoria. Bach. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 18. tb. 2. lit. B. supr. tb. 8. lit. d. Hujus generis, quas scil. creditor exercet jure magis & nomine debitoris, sunt utilis vindicatio servitutis prædio pignorato debitæ; hanc enim creditor habet l. 9. ff. de oper. nov. nunc. l. 16. ff. de servitut. Actio finium regundorum. l. 4. §. 9. ff. fin. regund. Actio communi dividendo. l. 7. §. 6. C. seq. ff. com. divid. l. 2. C. eod. petitio cautionis damni infecti. l. ii. ibid. Goth. ff. de damn. infect. His licet adhuc quædam actiones, quæ saltem per accidens & occasione pignoris naescuntur, quarum aliæ actiones propriè dictæ, aliæ persecutions extraordinariæ & implorationes officii judicis, adjici possent; tamen cum non directò ex pignore oriuntur, neq; universæ æqualiter & propriè effectus pignoris dici possint, & adeo earum tractatio directò huc non pertineat, ne nimis evagando propositi septa transilire videar, hæ paucæ enumeratæ, parceq; tactæ sufficient.

## X.

Sequitur alter effectus communis, (a) qui est jus distrahendi, seu vendendi rem pignoratam, (b) competens creditori, (c) si debtor moram necat in solutione: (d) quæ tamen distractio non nisi præcedente legitimâ interpellatione, (e) debitâ solennitate, (f) & bonâ fide (g) fieri debet: (h) eaque sic legitimè ac ritè factâ, (i) creditor traditione (k) rei dominium (l) ad emptorem transfert, (m) deq; pretio sibi ipsi satisfaciendi potestatam habet: (n) non invento autem emptore, nec debitore satisfacente, creditor à Principe (o) petere (p) potest, ut pignus (q) jure dominii habere liceat. (r)

(a) qui nobilior ac principalis, sine quo cæteri ferè futuri sunt inutiles, dum creditor perpetuò servare debitori moroso pignus teneretur. (b) quæ si sit una & singularis, eam ipsam, si vero plures sint res obligatae, rem unam ex illis, quam velit, distrahere potest juxta l. 8. ff. de distr. pign. dum tamen agat bonâ fide, neq; si re viliori distractâ posset consequi creditum, distrahat rem pretiosiorem, quam non distrahi debitoris intererat, arg. l. 5. §. 10. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Gl. in l. 6. C. de distr. pign. eo enim casu dicetur in dolo esse, & teneretur debitori ad interesse, prout ex DD. notat Negus. d. p. 6. m. 1. n. 28. vers. Quinto limita. (c) t. t. ff. C. de distr. pign. & quidem, ut venditio plenarium effectum habeat, anteriori, si plures creditors

16.  
5.

ditores concurrant: secundus enim non recte vendit l. i. ibi nullo jure.  
ff. d. distr. pign. l. 5. eod. quæ tum demum jus vendendi secundo permittit,  
si in locum primi per oblationem, l. i. & 5. C. qui pot. in pign. vel solu-  
tionem l. i. & fin. C. si antiqu. cred. successorit, & ille tum non secundus,  
sed primus est l. 3. & 4. C. de his qui in prior. cred. loc. cæteroquin salva est pri-  
ori actio hypothecaria contra quemvis possessorem, d. l. i. inf. de distr. pign.  
Negus. d. p. 6. m. 1. n. 30. ibi q. allegati Bart. Salic. in d. l. i. Bach. de pig. l. 3. 29. n. 2.  
(d) l. 7. ibi. cessante & c. C. de distr. pign. l. 14. ibi satisfactum non fuerit.  
eod. idq; sive de distractione nominatim convenerit, sive non l. 4. ff. de pign.  
act. Quinino etsi forte convenerit, ne pignus vendere liceat, distractio nihil.  
ominus fieri potest, modo trina debitori moroso facta præcesserit denun-  
ciatio, d. l. 4. & 5. ff. de pign. act. VVesemb. in parat. de distr. p. n. 4. Harpr. ad  
S. 4. n. 230. I. quib. mod. re contr. Treutl. th. 8. lit. e. ibi q. citati Negus. d. m. 1.  
n. 3. Diff. Pinel. ad l. 2. C. de resc. Vend. p. 2. c. 2. n. 5. (e) in quam rem denun-  
ciationibus opus est. l. 4. C. de distr. pign. l. 10. C. de P. & H. quæ eò pertinent,  
ut intelligat debitor, nisi solvat, futurum ut pignus vendatur per d. l. 4. ve-  
niunt autē circa hanc rem tres casus distinguendi. 1. ubi initio certa lex rei  
pignoratæ vendendæ dicta fuit, & hoc casu observandum, quod conventum  
est, & licet hic ullâ denunciatione opus non videatur, tamen si non specia-  
tim super pignoris vendendi modo & ratione pactum, unam denunciatio-  
nem necessariam existimo. 2. ubi nihil de distrahendo pignore actum,  
idem statuendum l. 3. §. 1. C. dejur. dom. imp. 3. ubi conventum est, ne liceat  
distrahere pignus, opus erit tribus denunciationibus per alleg. ad lit. d. quæ  
non simul & semel quasi, sic enim revera unica esset, fieri debent, sed inter  
cas intercedere debet aliquod intervallum, de quo non convenienti DD. Alii  
enim unius diei, Alii trium, Alii 10. dierum hoc statuunt, Alii vero arbitra-  
rium esse volunt, Ego in illorum sententiam descendō, qui non minus 10.  
dierum intervallum, ut debitor interea pecuniam expedire, & pignus luere  
queat, intercedere debere statūt. arg. l. 21. §. 1. ff. de const. pec. l. 68. & seq. ff. de  
judic. post dictas diversimode requisitas denunciations requiritur decursus  
biennii à die factæ denunciationis, si debitū sit liquidum, aut prolate senten-  
tiæ si sit illiquidū, antequam ad venditionē veniatur, d. l. 3. §. 1. C. dejur. dom.  
imp. Negus. d. p. 6. m. 1. n. 4. Schneidv. & pleriq. interpr. ad §. 1. I. quib. al-  
lic. Bach. de pig. l. 3. c. 23. n. 5. VVesemb. in parat. d. distr. pign. n. 4. Diff. Har-  
precht. ad S. 4. n. 230. I. quib. mod. re contr. obl. ibi q. ab eo allegati. Donell. de  
pigno. c. 10. Prædicta autem vera sunt de pignore conventionali, in judiciali  
enim juxta l. A. Di Vo Pio. 15. ff. de rejud. procedendum, ac post pignus captū  
decursus duorum mensium saltem expectandus secundum l. 31. ff. d. t. De  
pignore prætorio variæ fuere opinones, intra quantum tempus vendi possit,  
quarum 9. recenset Spec. r. de primo & secundo decreto, ut communior,  
sic verior est opinio, hoc relinquendum esse arbitrio judicis, ex quo hoc tem-  
pus in jure non reperitur determinatum, arg. l. i. §. 2. ff. de jur. delib. c. fin.  
extr. de transact. Negus. d. m. 1. n. 8. inf. ibi q. cit. DD. (f) quæ solennitas in  
eo consistit, ut creditor rem publicè prescribat, publico proposito program-  
mate, quo pignus venditum iri significetur (offentlich in Schriften / oder  
durch einen öffentlichen aufruff / oder mit öffentlicher feisbietung / pro cuiusq;  
loci statuto ac consuetudine) l. 15. §. 32. ff. de injur. l. 6. C. de remis. pig. (g)  
l. 9. l. 7. C. de distr. pign. Et prædicta sufficere intervenire, licet agatur de ven-

D dendā

dendâ re Ecclesiasticâ, aut minoris, modò ab initio rectè fuerit constitutum  
pignus, post Bart. & Bald. dicit Negus. d.l. & post eum Bach. d. l.3.c.23. n.6.  
(h) quod si verò creditor his penitus neglectis aliter rem pignoratam di-  
strahat, liberum est debitori vel vindicare eam ab emptore (siquidem con-  
tractus esset nullus, l.2.C. s. vend. pign. ag.) vel oblatio debito pignoratitiâ  
adversus creditorem agere, l.1. C. s. vend. pign. ag. ibiqz Cujac. in par.  
d.l.4.in f. C. de distr. pign. (1) Evidem ubi facta nec dum est, quominus  
fiat, offerendo debitum & ipse debtor, & aliis efficere potest, cæteroquin,  
nisi oblatio actu fiat, non potest venditio impediri, etiamsi creditori, ne ven-  
deret debtor, denunciaret l.2. C. debit. vend. pign. imp. post venditionem,  
autem ritè factam sera est oblatio & frustranea, l.1. C. s. antiq. cred. pign.  
Geil.2. Obs.18. n.13. (k) cæteroquin ex venditione nudâ dominium in em-  
ptorem non transfertur. arg. l.20. C. de patt. neq; actio in rem l. 13. l. 15. C. de  
distr. pign. (l) quamvis ipsemet creditor dominus non sit, l. 46. ff. de acq.  
rer. dom. S. 1. I. quib. al. lic. quod valde speciale hic. (m) adeo, ut ab eo avo-  
cari non possit, ne à debitore quidem, quantumvis illi pretium offerente,  
l. pen. C. s. antiq. cred. l.7. l. 18. C. de distr. pign. nisi in venditione hoc expressè  
cautum ac conventum, l.7. S. 1. ff. d. t. l. 13. de pign. act. arg. l. 43. ff. de patt.  
quo casu non solùm mandatâ à creditore actione debitor soluto vel ablato  
pretio ex vendito agere potest adversus emptorem, sed etiam rem suam vin-  
dicare, aut in factum actione experire potest, l. 13. ff. de pign. att. neq; creditor  
ita vendens de evictione (nisi in dolo fuerit l.2. C. credit. evict. pign.) tene-  
tur l. II. S. 6. ff. d. act. empt. l. 50. ff. d. evict. l. 13. C. eod. t. t. C. credit. evict.  
pign. sed emptori contra debitorem, cui profecit solutio, actio utilis ex em-  
pto datur, l. 74. S. 1. ff. de evict. vel contraria pignoratitia, quam ei cre-  
ditor cedere tenetur l. 38. ff. d. t. si tamen creditor evictionem promiserit,  
de ea tenetur l. 1. C. cred. evict. pign. sed si promiserit creditor duplum evi-  
ctionis nomine & exactus fuerit, an duplum repetere poterit à debitore?  
Extra hos tres casus, quos ponit Negus. d. p. 6. m. 1. num. 41. 1. si aliter  
rem vendere non potuit, 2. si ex consuetudine dupla promittenda sit. 3:  
si ob duplam promissam pluris rem vendiderit, creditorem saltem regres-  
sum in simplum habere statuo, perl. 22. S. fin. C. seq. in pr. de pign. att.  
(n) l. 13. ff. de distr. pign. l. 7. l. 9. C. cod. & si non totum suum creditum  
ex pretio consequi poshit, manet ipsi salva actio personalis pro residuo. l. 9.  
S. 1. l. 12. inf. ff. d. t. l. 3. l. 9. C. eod. l. 10. ibiqz Gl. C. DD. C. de O. C. A. cre-  
ditors; pretium in leviorem causam imputare potest, l. 73. l. 101. S. 1. ff. de solut.  
Trent. Vol. 2. Disp. 29. th. 3. lit. c. (o) etiam à judge inferiori, quasi parti-  
bus Principis fungente, dominium hoc impetrari & addici vulgo DD. sta-  
tuunt, referente Negus. d. m. 1. num. 10. quos erroris in hoc arguit Bachov.  
de pign. l. 3. c. 31. n. 1. (p) cuius petitionis formam & requisita vide, in l. 2. C.  
3. C. de jur. dom. imp. (q) & quidem totum, si speciale sit pignus, dum mo-  
do reddat superfluum, si generale, pro modo debiti, l. 15. S. 3. de re judic. l. 1.  
C. de jur. dom. (r) l. 2. l. 3. S. 3. C. d. t. l. fin. C. si in caus. jud. pign. C. quo  
obtentio, adhuc intra biennium, à die additionis numerandum, permis-  
sum est debitori, debitum offerre cum usuris & damnis, & rem recuperare,  
lapsò verò biennio, dominium irrevocabile creditori acquiritur, d. l. 3. C.  
de jur. dom. imp. Et si postmodum evincatur res creditor, non amplius  
actione pignoratitiâ contrariâ, sed utili exempto experire potest. l. 24. m.  
pr. ff. de pign. att.

XI. Cùm

Cum jus distrahendi cum effectu priori seu potiori creditorum jure competit, (a) & una eademque res pluribus nonnunquam obligetur, disceptari solet inter creditores de prioritate ac prærogativa: (b) quam dico esse vel juris ordinarii, vel extraordinarii: illam dico, quæ est ex tempore, & hac tritâ determinatur regulâ: qui prior (c) est tempore, (d) potior (e) est jure: (f) hanc, quæ est ex privilegio (g) à Lege (h) concesso; vel intuitu personæ, & perpetuò est annexa hypothecæ tacitæ generali, qualis est prærogativa mulieris, (i) pupilli, (k) vel intuitu rei ac causæ, & est vel annexa hypothecæ, eique vel tacitæ, vel expressæ; tacitæ rursus vel generali, qualis est prærogativa fisci, (l) vel speciali, qualis est credentis ad ædificii restitutionem: (m) redemptoris servi capti ab hostibus: (n) credentis in militiam emendam: (o) Expressæ, ut est prærogativa credentis rem suam cùm constitutione hypothecæ in eâ ipsâ: (p) constituentis sibi hypothecam instrumento publico, (q) vel quasi publico: (r) vel non annexa hypothecæ, (s) qualis est credentis in funus, (t) ad rem emendam, (u) conservandam, (x) ad merces transvehendas ac salvandas: (y) Reipublicæ creditricis. (z) In concursu horum omnium, primùm locum assigno hypothecariis privilegiatis, (aa) secundum hypothecariis nudis, (bb) tertium privilegiariis simplicibus. (cc)

(a) l. 1. § fin. C. si antiqu. cred. confer. notata th. preced. 10. ad lit. C.  
 (b) de qua in genere sciendum, quod competit vel ratione dominii rei existentis, l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 38. ff. de pecul. vel ratione hypothecæ, l. 9. l. 3. ibiq. Br. C. qui pot. in pign. l. 6. C. de bon. aut. jud. vel ratione privilegii, d. l. 9. l. 3. quod cum eo qui in al. pot. l. 33. ff. de reb. aut. jud. poss. de posteribus hic acturus. (c) prior intelligitur is, qui cum debitore prius de hypotheca convenit, l. 8. C. qui pot. in pign. licet posteriori res tradatur l. 12. §. fin. ff. eod. non is cùm quo prius convenit de pecunia credendâ, & pignore accipiendo l. 11. in pr. ff. eod. Item is prior intelligitur, qui in diem, l. 12. §. 2. ff. d. t. vel sub conditione accepit hypothecam, eo, qui post accepit pure d. l. 11. §. 1. ibiq. Costal. item is qui priori pecuniam offert, l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pign. l. 5. C. eod. aut eo renuente obsignatum deponit, l. 5. ff. de distr. pign. ut etiam notavi th. preced. lit. c. (d) tempus hoc non dico annum, non mensem, quin nec diem, sed potius pene momentum, ut qui quandocunque tempore prior sit, etiam potior sit jure Geil. 2. th. 25. num. 3. ibiq. citati DD. Bach. de pign. l. 3. c. 3. Masc. de prob. concl. 1228. num. 26. Diff. Bart. Goth. ad l. 16. §. 8. lit. a. ff. de

P. & H. Horr. de pign. c. 4. Sed quæritur, quid juris, si duobus creditoribus concurrentibus non constet uter prior sit? Quidam statuunt, quod ille vincat, qui horam probat certæ diei contra eum, qui probat quidem se eadem die accepisse pignus, sed horam probare nescit: Ita distinguendum puto: Aut unus eorum tantum possidet, & hic vincit, per text. in l. 10. ff. de P. & H. l. 15. C. de rei Vind. idque ex communi Reg. quod in pari causa melior sit conditio possidentis: Aut nullus possidet, & potior erit causa occupantis: arg. 14. pr. ff. de roxal. act. à qua distinctione non videtur alienus Negus. p. 5. m. 2. num. 31. quod si verò hic pignus datum sit pro parte, singuli pro rata partem in eo habebunt, l. 10. l. 16. S. 8. ff. de P. & H. (e) non tantum fortis nomine, sed etiam accessoriorum, ut usuarum l. 18. l. 20. inf. ff. qui pot. in pign. Negus. d. l. num. 10. Geil. 2. Obs. 25. num. 17. (f) l. 10. & seq. ff. qui pot. in pign. l. 1. l. 2. inf. l. 4. 6. 8. C. eod. c. qui prior. de R. I. in 6. quæ regula non modò in pignore conventionali per dd. II. verùm etiam judiciali, d. l. 10. & prætorio l. 2. ubi Sich. C. eod. Geil. 2. Obs. 25. num. 3. VVesenb. in parat. t. qui pot. in pign. num. 2. (Diss. Treutl. Vol. 2. Disp. 24. th. 6. lit. e. in fin.) dummodo ex diversis causis titulisque missio facta sit, l. 5. §. 2. ff. ut in poss. legat. Cujac. in parat. C. eod. Berlich. p. 1. concl. 47. num. 2. & seqq. locum habet. Et non solum tempore prior, potior est privato posteriori, sed & fisco, l. 8. l. fin. ff. qui pot. l. 2. C. de privil. fisci. & Reipublicæ l. 4. C. qui pot. ibiq. Sich. num. 1. Schneidgr. in S. fuerat. num. 56. I. de Act. Bocer. d. Disp. 12. th. 87. Harpr. ad S. 4. num. 239. l. quib. mod. re contr. ibiq. allegati. Opportunæ ac elegantis hic est disquisitionis de bonis post utriusque creditoris hypothecam generalem quæsitis; An prior etiam in his omnino potior sit, an secundus cum eo concurrat? posterius affirmat Gl. in l. si is qui ff. de jur. fisci & in l. Idem q. 7. S. fin. ff. qui pot. in pign. Prius affirmat Negus. d. p. 5. m. 2. num. 39. & relati ab eo & Gl. ubi & magis communem hanc esse dicit, in quam & me hic rapi patior, infisco autem, ut hic aliis anterioribus, in bonis post contratum cum fisco initum acquisitis, præferatur, ex l. 28. ff. de jur. fisci. id speciale esse statuo. Non etiam hic distinguendum inter generalem, & specialem hypothecam priorem, l. 2. ff. qui pot. in pign. l. 6. C. eod. Geil. d. Obs. 25. Myns. 4. Obs. 94. nequæ inter species hypothecæ, sive quæ concurrunt, sint ejusdem generis aut speciei, sive diversæ, & sic v. g. qui priorem habet tacitam hypothecam, non solum alii tacitam Meier in Coll. Argent. b. t. th. 3. sed & expressam posteriorem habenti præfertur, l. 1. C. si propter publ. penfit. Negus. d. p. 5. m. 2. num. 10. Bach. d. l. 4. c. 7. in pr. Diss. Sich. ad rubr. C. in quib. caus. pign. num. 3. & 4. ampliations & limitationes superioris regulæ si quis desiderat, adeat Negus. d. p. 5. m. 2. Berlich. p. 1. concl. 46. (g) scil. tali, per quod posterior tempore priori præfertur, & quod adeo est à jure singulari, quomodo sumitur verbum privilegii, in l. 34. ff. de reb. aut. jud. alias laxiori sensu hoc, quod prior tempore potior sit jure, etiam privilegium dici potest, quomodo vocatur in l. 10. ff. qui pot. in pign. l. 12. C. eod. (h) NoG. 97. in pr. ibi præponere juniores existentes ex privilegiis à L. datis. (i) ratione dotis contra creditores anteriores omnes ferè chirographarios & hypothecarios tacitam hypothecam habentes §. 29. I. de Act. l. unic. §. 1. C. de rei ux. act. idq; apud DD. extra controversiæ aleam quodammodo est positum, verum utrum ea prærogativa se etiam eò extendat,

F 16. 5.

tendat, ut mulier etiam creditoribus ex pressam anteriorem habentibus præferenda sit? de eo mitifice digladiantur DD. A parte contradicentium stant Schneidvv. in S. fuerat. n. 58. ibiq; plurimi Interpretes l. de Action. Sich. in. l. Aßiduis. 12. n. 18. C. qui pot. in pign. Negus. p. 2. m. 4. n. 98. Et p. 5. m. 2. n. 23. Wesenb. in parat. h. t. num. 3. Gail. 2. O. 25. ubi n. 10. secundum hanc opin. judicandum, nec meminisse Cameram ab eâ recessisse, ait Græv. l. 2. concl. 25. n. 1. Coler. de proces. exec. p. 2. c. 3. n. 276. Gylman. Symphor. tom. 3. p. 1. p. 146. lit. H. Verb. Hypotheca. Hartm. l. 2. t. 27. O. 17. & plurimi citati ab his & ab Harpr. ad S. creditor. 4. l. quib. mod. re contr. nbi n. 253. præter hos, 22. DD. pro hac opin. citat. Ab aientium parte stant Vultej. ad d. S. fuerat. n. 10. Treutl. Vol. 2. Disp. 24. th. 7. lit. b. ibiq; Bachov. Gœd. Cons. Marpurg. vol. 1. cons. 24. n. 301. Cothman. Vol. 2. Resp. 21. num. 20. Et seqq. ibiq; citati, ubi testatur hanc opinionem facultatem Iuridicam Rostochiensem non solum consulendo, sed & pronunciando semper secutam esse. Berlich. p. 1. concl. 45. n. 6. Et seqq. ibiq; plurimi allegati DD. Bocer. d. Disp. 12. th. 92. Myns. ad d. S. fuerat. n. 12. Et Cent. 4. Obs. 13. ubi secundum hanc in Camerâ judicatum in causâ Episcopi Salzburgensis & Oertneri refert: hujus opin. asseclas, præter citatos, 26. citat Harpr. d. l. In tanto DD. conflictu huic posteriori, tanquam de jure veriori, motus præcipue non solum, tam generalitate textus, toties repetita in l. 29. Et 30. C. de jur. dot. in Nov. 97. c. 2. Et 3. Nov. 109. c. 1. quam rationis identitate in l. 12. C. qui pot. in pign. sed etiam hoc immobili fundamento, quod mulier præferatur ei, qui ad rem reficiendam credit, d. Nov. 97. c. 3. Auth. Quo jure. C. qui pot. in pign. & hic præferatur aliis anteriorem hypothecam habentibus l. 7. C. eod. l. 5. Et seq. ff. eod. calculum lubens addo. Hæc autem præferentia locum habet in dote numerata ( quam probare tenetur mulier, arg. l. 2. ff. de probat. l. 1. de except. l. 2. de V. O. Gail. 2. O. 81. n. 1. Mascard. concl. 695. n. 7. Et 8. Zanger. de except. c. 12. n. 7. ) non autem confessata per ea quæ notavi supr. th. 3. lit. o. quibus adde, quod dos à dando nomen habeat, VVesenb. in parat. de jur. dot. num. 2. eamq; numeratio, non scriptura faciat l. 1. C. de dot. caut. Gail. 2. Obs. 61. n. 2. in fin. Berlich. p. 1. concl. 45. n. 40. Et seqq. ibiq; plurimi allegati, non etiam locum invenit in bonis paraphernalibus, & donatione propter nuptias d. l. 12. S. 2. d. Nov. 109. c. 1. Hartm. de credit. Obs. 18. Covar. l. Var. ref. 7. n. 1. Beust. de matrim. p. 2. c. fin. S. obseruandum. confer tradita sup. th. 3. lit. o. Treutl. d. Disp. 24. th. 7. lit. c. Sed si mulier præmortua, an etiam suprad. privilegium heredibus competit? non nisi filii mulieris, exclusis aliis heredibus, competere cum Sich. ad d. l. 12. n. 25. Treutl. d. l. Bach. d. l. 4. c. 13. & communi DD. schola sentio per. d. l. 12. S. Exceptis. ( k ) de cuius hypotheca dictum supr. th. 3. lit. a. Et seqq. in bonis tutorum l. fin. ff. de tut. Et rat. distr. & in re ex pecunia pupilli emptâ l. 7. ff. qui pot. in pign. VVesenb. in parat. h. t. n. 3. Bocer. d. Disp. 12. th. 91. Bach. l. 4. c. 11. n. 1. hoc autem privilegium non datur heredibus pupilli, l. 19. S. 1. ff. de reb. aut. jud. ( l ) ratione debiti primipilaris l. 3. C. de primip. tributorum & collectarum, aut aliarum publicarum exactionum als da sein Stewr / Zins / Schoss / Schatzung ic. l. 1. C. si propter public. pensit. non ratione debiti ex contractu l. 8. ff. qui pot. in pign. l. 28. ff. de jur. fisc. hicenim hypotheca fisci & privati pariter æstimantur, & sibi invicem ex tempore præferuntur, confer supra not. ad lit. f. & in dubio, si non constet, num fiscus, num privatus prior sit, idem quod supr. lit. d. dixi de privatis, hic dicendum arbitror. ( m ) 4. 24.

S. i. ff. de reb. aut. jud. poss. (n) per rationem quæ est in l. 6. ff. qui pot. in pign. imo plus juris etiam habere videtur perl. 12. S. 7. ff. de capt. & post. VVesemb. in parat. n. 5. Bach. de pign. d. l. 4. c. ii. in fin. (o) Nov. 97. in rubr. & c. 4. Negus. d. l. n. 21. Gail. 2. O. 12. n. 3. (p) Negus. p. 4. n. 34. & seqq. Gail. 2. O. 15. n. 7. (q) hic enim præfertur alii anteriori privatam desuper scripturam habenti l. ii. C. qui pot. in pig. Gail. 2. O. 25. n. 9. Graz. concl. 25. Harpr. add. S. creditor. 4. n. 265. ibiq. citati. Coler. de proc. exec. p. 1. cap. 10. n. 163. Cothman. vol. 5. cons. 34. n. 45. & seq. (r) hoc dico quod trium probatæ fidei testium subscriptione legitimè munitum, quod æquipollit publico d. l. ii. cum Auth. seq. C. d. t. Corvar. pr. quest. 22. n. 5. Gail. c. l. n. 10. Negus. p. 5. m. 2. n. 8. & 47. ubi etiam de requisitis hujus instrumenti edisserit; creditor tamen, qui habet privatam scripturam cum hypothecâ, præfertur ei, qui non habet hypothecam, licet publicum habeat instrumentum, Hartm. 1. 27. Obs. 12. n. 3. (s) annexa tamen esse potest, si scil. habentes ejusmodi privilegium expressâ insuper hypothecâ sibi prospexerunt, exemplum est in l. 8. ff. qui pot. in p. l. 2. C. de jur. reipubl. subsequentes enim creditores nullam hypothecam, nisi sibi de expressa prospiciant, habere, omnino statuo. (t) l. 14. S. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. & licet hypothecam non habeat, Negus. p. 5. m. 2. n. 28. (diff. Angel. in l. quasito. in pr. ff. de privil. cred. Hart. Hartm. t. de credit. Obs. 11. in fin.) tamen præfertur omnibus creditoribus quamcunq; hypothecam & privilegium habentibus l. 45. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 3. C. eod. l. 4. C. de pet. hered. Bach. de pign. l. 4. c. ii. n. 3. Diff. Goth. ad d. l. pen. Negus. d. m. 2. n. 28. in fin. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 7. lit. b. & g. (u) l. 26. l. 34. ff. de reb. aut. jud. l. 7. C. qui pot. in pign. ibiq. Sich. Hartm. Hart. t. de credit. Obs. 8. Corvar. 1. Var. resol. 7. n. 2. Vers. Prater. (x) l. 5. & 6. ff. qui pot. in p. veluti ad navem armandam, reficiendam, d. l. fabricandam, instruendam l. 25. l. 34. ff. de reb. aut. jud. poss. (y) d. l. 6. S. 1. & 2. qui pot. in p. (z) l. pen. ff. de reb. aut. jud. Treutl. d. Disp. 24. th. 7. lit. f. (aa) de quibus supr. lit. i. k. & seqq. hi autem si inter se concurrant, regulam suprad. qui prior est tempore, potior est jure, & hic observandam existimo, cum privilegiatus contra privilegiatum non utatur privilegio l. 7. ff. qui pot. in pig. dicta enim regula locum invenit in concursu mulierum earumq; heredum repetentium dotem, l. fin. S. 1. C. qui pot. in p. Nov. 91. c. 1. item in concursu mulieris & creditoris mutuantis ad restitutionem ædificii, Nov. 97. c. 3. item creditoris sub hypothecâ in rem emendam aut reparandam d. Nov. 97. c. 3. Vers. quasitum est. Corvar. var. res. 7. n. 2. & 3. (diff. Ant. Faber. 8. conject. 11. Negus. p. 5. m. 2. n. 17.) sic, si duo sint publica debita, antiquum præponitur posteriori. Nov. 91. c. 1. vers. sicut enim, suprad. autem regulam hic limito, ut obtineat, nisi ex his privilegiatis unus præ alio specialiori ac lautori privilegio à lege sit honoratus, ut fiscus in causâ primipilaris, qui omnibus aliis, etiam mulieri præfertur l. 3. C. de primip. l. 4. C. in quib. caus. pign. creditor mutuans ad emendam militiam, qui itidem mulieri aliisq; speciali favore præfertur d. Nov. 97. c. 4. mulier, quæ ratione dotis fisco præferenda arg. l. fin. C. qui pot. in pign. Treutl. Vol. 2. Disp. 24. th. 7. lit. b. ibiq. citati. Diff. allegati ibi. (bb) l. 9. C. qui pot. in p. l. 6. C. de bon. aut. jud. poss. hi si inter se concurrant, recurrentum ad suprad. regulam, de qua supra lit. c. d. e. f. (cc) l. 10. ff. de pact. hi si inter se solos concurrant, regula sit, Privilegia non tempore, sed ex causa æstimabuntur l. 32. ff. de reb. aut. jud. sic ut magis privilegiatus

15.

legiatus præferatur minus privilegiato, sic credens ad funeralia præfertur omnibus creditoribus privilegiariis, & hypothecariis per tradita supra lit. s. pariter privilegiati vero pariter admittantur d. l. 32. & quidem non secundum analogiam arithmeticam, sed Geometricam, arg. l. 6. C. de bon. aut. jud. poss. Supradictis creditoribus, scil. hypothecariis ac privilegiariis, si ex bonis satisfactum, sequuntur tandem chirographarii, qui nullâ habitâ ratione temporis, sine ullâ prærogativâ, æqualiter pro ratâ portione concurrant l. 6. C. de bon. aut. jud. poss. de quibus fusius hic tractare latusq; evagari, instituti ratio non patitur. Videatur Berlich. p. i. concl. 48. per tot. ibi plurimi al. legati DD. Hartm. Hart. t. de credit. Obs. II.

## XII.

Solvitur pignus vel directo & immediate, vel obliquè ac mediata: hoc modo sublatione obligationis principalis (a) quæ fit solutione, eaq; naturali, (b) vel fictâ, (c) mutatione ac translatione obligationis, (d) aliisq; modis: (e) Illo modo creditoris voluntate, eaq; expressâ, (f) vel tacitâ, (g) rei interitu, (h) tempore, (i) solutione juris, quod in re obligatâ pignorans habuit, (k) consolidatione, (l) sententiâ, ac jurejurando: (m) taliterq; soluto pignoris vinculo, succedit actio pignoratitia (n) directa (o) & contraria. (p)

(a) cui scil. accessit pignus, arg. l. 43. ff. de solut. l. 178. ff. de R. I. quâ sublatâ per conseq. regulariter (sunt enim casus singulares in l. 30. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 27. ff. de P. & H. l. 7. §. 1. C. de præsc. 30. ann. l. 38. §. fin. ff. de solut.) simul tollitur pignus dd. II. Bocer. d. disp. th. 97. Diss. Negus. p. 6. m. 2. n. 5. ubi contrarium regulare dicit ex l. 2. C. de luit. pign. quem textum negativè legendum esse vult Donel. ibi. Cujac. verò d. l. explicat de singulari casu, qui proponitur in præced. l. 1. cum quâ l. 2. hanc putat conjungendam esse s. Obs. 32. & 15. Obs. 23. quem sequitur Goth. ad d. l. 2. lit. u. (b) l. 49. ff. de solut. l. 9. §. 3. l. 10. II. & passim. ff. de pign. act. nisi autem solutio totaliter fiat, pignus non solvit l. 6. C. de distr. pign. l. 1. C. de luit. pig. quia pignoris obligatio est individua, per tradita supr. th. 8. lit. a. nec refert num solutio à debitore, num à tertio, veluti possessore rei obligatae facta sit l. 2. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. & si creditor debitum recipere recusat, debitor pecuniam testato oblatam consignare, & in locum publicum depone-re potest, quod vim solutionis habet, l. 1. C. qui pot. in pign. l. 10. l. fin. C. de pign. act. l. 9. C. de solut. l. 19. C. de usur. Harprecht. ad d. §. 4. n. 270. (c) ut si creditor quod debetur donet debitori l. 1. §. 1. quib. mod. pign. solv. acceptum habeat, l. 11. §. 2. ff. de pign. act. pacificatur de non petendo l. 5. in pr. ff. quib. mod. pign. solv. debiti nomine sibi qualitercunq; satisfieri permittat l. 6. in pr. & §. 1. ff. eod. l. 9. §. 3. de pign. act. (d) quæ fit per novationem l. 18. ff. de novat. l. un. in pr. C. etiam ob chir. pec. alia est mutatio obligationis, quando transfertur de persona in personam, quod fit, vel per delegationem, per quam cum fiat novatio, dubium non est, quin & ita pignora liberentur, vel quando judicium ab uno acceptum in personam aliam transfertur, qui casus proponitur in l. 1. §. fin. ff. quib. mod. pign. solv. (e) quos hic enumerare ac tracta-

tractare (dum ad materiam generalem de modis tollend. obligationum pertineant) brevitatis ergo supersedeo. Videantur DD. ad l. I. quib. mod. tol. obl. Treutl. vol. 2. D. 29. per tot. Et c. (f) per pactum remissorium directum vel immediatè ad obligationem pignoris, ut scil. pignus remittatur, vel ab hypotheca discedatur, vel in obligationem principalem, ne debitum petatur l. 5. in pr. ff. quib. mod. pign. solv. (g) ut si creditor consentiat alienationi pignoris l. 7. in pr. l. 8. Et s. 4. Et seqq. ff. d. t. l. 1. 2. Et 4. C. de remis. pign. nisi salvâ causâ pignoris sui, l. 4. S. 1. ff. quib. mod. pig. solv. Vel ut sibi de pretio venditionis satisfiat, l. 8. S. 10. eod. consenserit: consensus autem verbis vel facto declaratus requiritur, nec sufficit, quod sciverit creditor, rem pignoratam alienari l. 8. S. 15. ff. d. t. (Exceptis tamen certis casibus, ut si agatur de libertate l. 1. C. de remis. pign. aut re fisci. l. 8. eod. aut creditor publico programmate de alienatione admonitus fuerit. l. 6. C. eod. aut dolo malo tacuerit l. 5. C. ad SC. Vellej. l. 11. C. de distr. pign. Quid si autem creditor non in alienationem, sed in obligationem, scil. ut res sibi pignorata alii obligetur, consenserit, an & per ejusmodi consensum pignus liberetur? Affirmativa præplacet per text. in l. 12. in pr. ff. quib. mod. pign. solv. l. 12. S. 4. ff. qui pot. in p. Negus. p. 6. m. 3. n. 13. Bach. de pign. l. 5. c. 8. per tot. Quid si creditor ultro reddat pignus debitori, An eo ipso jus pignoris eum remisisse præsumendum, quod affirmo per l. 3. ff. de pact. l. 1. S. 1. ff. de liber. legat. (nec enim rationem hactenus solidam differentiæ inter legatum & redditionem inter vivos video) arg. l. 94. ff. de V. S. Bocer. d. Disput. th. fin. lit. C. Harpr. ad d. S. 4. I. quib. mod. re obl. n. 273. Et seq. Negus. d. l. n. 19. Et 20. Bach. d. l. 5. c. 9. n. 2. Diff. Treutl. d. Disp. l. th. 9. lit. b. ibiq. citati Et commun. DD. in l. 2. Et 3. ff. de pact. si tamen creditor non ultrò, sed imploratus rem ad certum usum debitori restituat, hanc remissionis præsumptionem cessare non diffiteor; fortis tamen principalis remissio haud præsumitur, d. l. 3. de pact. quod secus in redditione chirographi l. 2. S. 1. ff. eod. l. 7. C. de remis. pign. Goth. ad l. 38. lit. 2. ff. de O. Et A. (h) sive res corporalis sit, sive incorporalis, l. 8. in pr. ff. quib. mod. pign. solv. modo interitus sit totalis: partialis enim partem saltem, quæ periret, ex obligatione tollit, & quod superest, obligationum manet, & hinc domo exustâ, area manet pignori obligata, quoniam ea pro parte habetur l. 21. ff. de pign. act. l. 29. S. pen. ff. de P. Et H. Imo ubi cunq; quod superest, & extat, quocunq; modo partis rationem habere potest, manet in eo pignus, utcunq; mutata sit qualitas, idq; adeo verum, ut si quid accesserit, quod inducit qualitatis mutationem, id simul incipiat esse pignori obligatum, veluti si areæ pignoratae impositum sit ædificium d. l. 21. si domus in hortum conversa, vel loco pignorato vinea implantata fuerit, pignus durat: l. 16. S. 2. ff. de P. Et H. si proprietati accedit ususfructus, plena proprietas tenetur l. 18. S. 1. ff. de pign. act. VVesenb. in parat. h. t. n. 3. (i) l. 6. in pr. quib. mod. pign. v. g. si de tempore conventum, quo vel principalis obligatio, vel hypotheca duraret, quam solutionem tamen non ipso jure, cum tempus non sit modus finienda obligationis, sed per exceptionem contingere largior arg. l. 44. S. 1. ff. de O. Et A. Item prescriptione, cum enim hec obstat actioni Servianæ, de quâ supra th. 9. lit. d. in fin. sequitur, quod per eam jus pignoris perimitur. late Negus. d. p. 6. m. 2. per tot. Bach. d. l. 5. c. 3. (k) soluto enim jure dantis, solvitur jus accipientis l. 31. ibiq. Goth. lit. p. ff. de P. Et H. Exemplum est in l. 13. S. 1. eod. aliud in l. 1. Et 2. C. si pign. pig. dat. l. 40. S. fin. ff. de pign. act. sic si rem pignori dederit, qui utile tantum habet dominium, si hoc defici-

16.  
5.

deficiat, ipso jure finitur pignus. d. l. 31. de P. & H. Item si quis rem emptam cum pacto commissorio, vel lege addictionis in diem pignori dederit, & ad diem pretium non solvatur, vel melior conditio offeratur, similiter pignus finitur. l. 4. §. 3. ff. de in diem addict. l. 3. ff. quib. mod. pign. solv. Et ne quid præteream, inferendi hic loco non alieno casus admodum dubii, circa quorum decisionem Coryphaeos Iuris nostri Bartolum & Baldum dissentire, & cæteros DD. certatim in partes abiisse video; 1. Si quis rem, cuius pretium 500. solidos exceedit, sibi, citra insinuationis solennitatem requisitam in l. 34. C. de donat, donatam, pignori dederit? An, solutâ seu revocatâ donatione, evanescat pignus. Affirmat Baldus in l. 2. C. de resc. vend. in q. 13. Vers. Dicit etiam ibidem. Negat Bartolus in l. si res. ff. quib. mod. pign. solv. 2. Si quis rem emptam pignori dederit, & hæc postea ex causâ læsionis ultra dimidium remedio l. 2. C. de resc. vend. ab ipso avocetur, An pignus in eâ ab emptore constitutum solvatur? Rursus affirms Baldus d. l. Negat. Bartolus. cit. loco. Mihi, in hoc bivio satis perplexo progressum meditanti, cum una via erit eligenda, sic in priori sequor Baldum comite Negusantio, in posteriori vero Bartolum comite Bachovio, in Animadg. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 1. th. 2. lit. c. (1) l. 29. ff. d. pign. act. l. 9. in pr. ff. quib. mod. pign. l. 33. §. 2. ff. de usuc. l. 45. ff. d. R. I. (m) l. 5. §. fin. l. 13. ff. quib. mod. pign. Treutl. ad Disp. 1. th. 9. lit. 1. VVesenb. in parat. d. t. n. 5. An hypotheca tacita tollatur per expressam, videatur eleganter Bach. d. l. 5. c. 11. per rot. (n) quæ est civilis Oldendorp. de Act. cl. 3. Act. 12. §. 1. bonæ fidei §. 28. l. de Act. Et hæc actio non nascitur demum soluto pignore, ut vulgo sentiunt DD. sed eo puncto, quo res pignoris causâ traditur, cum revera mater ius actionis sit contractus pignoris, & quod dicitur in l. 9. §. 3. ff. de pign. act. ratione effectus est accipendum. (o) competens debitori adversus creditem, etiam secundum, cui à primo res rursus est oppignorata, l. 40. §. 2. ff. de pign. act. c. cum contra 6. extr. de pignor. (non tertium possessorem; est enim personalis, l. fin. C. de distr. pign. quamvis de jure Canon. fieri posse per d. c. 6. de pign. arbitretur VVesenb. in parat. de pign. act. n. 7. & Negus. p. 7. m. 2. n. 2.) ut restituat rem pignoratam d. l. 40. §. fin. cum accessionibus l. 21. §. 2. ff. de P. & H. & fructibus l. 22. §. 2. ff. & l. 1. 2. 3. 11. C. de pign. act. resarciatq; damnū datū dolo, culpâve latâ ac levi §. fin. l. quib. mod. re l. 5. §. 1. ff. commod. l. 23. ff. de R. I. l. 25. ff. de pign. act. l. 7. C. eod. non tamen levissimâ dd. II. nisi solius creditoris gratiâ contractum sit, l. 13. inf. ff. d. t. l. 19. ibiq; Goth. C. de P. & H. Cuj. ac. 19. Obs. 24. Diss. Bach. de pign. l. 5. c. 21. num. 4. vel nominatim convenerit d. l. 23. de R. I. arg. d. l. 5. §. 6. ff. commod. multo minus casu fortuito, l. 13. inf. ff. de P. & H. nisi rursus eum in se receperit. l. 6. C. eod. vel culpa casum præcesserit. l. 5. C. eod. vel rem invito debitore propriâ autoritate occupaverit, l. 30. ff. de pign. att. Diversum tamen in pignore prætorio, in quo dolus tantum venit præstandus, l. 9. §. 5. ff. de reb. aut. jud. poss. licet dubitari hic possit, an ex hoc actio pignoratitia, quæ ex contractu reali, qui hic non intercedit, oritur, detur? qua in re tamen utilem actionem dari sentio cum Negus. p. 3. m. 2. n. 29. & seqq. & p. 7. m. 3. n. 11. per tex. in l. 5. §. 21. ff. ut in pos. leg. vendito autem legitimè pignore à creditore, debitor quidem non potest agere pro restituendâ re pignoratâ, per ea quæ adspersi suprath. 10. lit. m. si tamen creditor in vendendo pignore non bonâ fide versatus sit, quicquid inde damni sensit debitor, hac actione persequitur. l. 1. l. 4. C. si. vend. pign. ag. l. 7. C. de distr. pign. deinde ut restituat creditor

E                    quod

quod ultra debitum apud illum est l. fin. C. si vend. pign. ag. l. fin. C. de distr.  
pign. l. 9. §. 1. ff. eod. l. 1. C. de pign. act. & quicquid occasione pignoris ali-  
unde consecutus est l. 12. §. 1. ff. de distr. pign. Quid autem si nondum solve-  
rit emptor, an expectare oportebit debitorem dum solvat, an statim poterit  
agere contra creditorem? Ita sentio, si quæ culpa creditoris imputari pos-  
sit, eum statim teneri, cæteroquin satis esse, si mandet debitori actiones con-  
tra emptorem, l. 24. §. 2. ff. de pign. act. l. 9. ff. de distr. pign. quas tamen exer-  
ceat periculo creditoris. d. l. 24. Oldend. de Act. d. cl. 3. Act. 12. rubr. quid per-  
sequamur. n. 4. Actio hæc, utpote personalis & civilis perpetua est l. 10. &  
ult. C. de pign. act. in cuius perpetui temporis locum cum surrogatum sit  
tempus 30. annorum, pr. I. de perpet. & temp. act. sic quoq; hodie hoc spatio  
actio hæc finietur. l. 3. C. de præsc. 30. Vel 40. ann. Famigeratæ ac in praxi satis  
frequentatæ quæstionis intricata hic sese offert disquisitio: An scil. juri offe-  
rendi ac luendi pignoris tanto tempore, videlicet 30. annis, præscribatur? Af-  
firmativam tenet Gl. ad l. 13. in pr. ff. de usurp. & in l. 7. §. 3. C. de præsc. 30.  
Vel 40. ann. Negus. p. 5. m. 3. num. 52. ibiq; ab eo allegati, ubi eam ex Angelo  
Aret. &c. communem refert. Bachov. d. l. 5. cap. 20. &c. Negativam tenent  
Gail. 2. Obs. 18. Myns. 1. Obs. 16. & ab his citati, ubi itidem hanc communem  
dicunt, Oldendorp. d. Act. 12. n. 6. Wurmser. l. l. t. 28. Obs. 3. Ioan Köpp. De-  
cis. 1. n. 37. & seqq. Treutl. vol. 2. Disp. I. th. fin. lit. b. & Disp. 22. th. 3. lit. 1.  
ibiq; multi citati DD. Ego priorem affirmativam de Iure Civili (quod in lon-  
gissimi temporis præscriptione bonam fidem non requirit l. 3. l. 8. §. 1. C. de  
præsc. 30. vel 40. ann.) Posteriorem verò negativam de Iure Canonico (quod  
in omni etiam longiss. temporis præscriptione bonam fidem exigit c. fin.  
extr. de præscript.) veriorem statuo. Et quia in materiâ, in quâ de peccato agi-  
tur, ut est præscriptionis, statur Iuri Canonico, testibus Gail. d. obs. 18. Myns.  
4. Obs. 6. n. 3. idq; in his materiis Camera sequatur, meritò etiam hanc poste-  
riorem opinionem (quamvis eam ex fundamentis Iuris Civilis, quæ hic Do-  
mini Camerale non attendunt, suspectam facere nitatur Bachov. de pign. l. 5.  
c. 20.) decidendo amplexa est, cuius præjudicia aliquot annotavit Myns. d. l.  
omnino igitur hic releganda conficta distinctio quorundam inter veritatem  
præticam & theoreticam distinguentium (p) competens creditori adversus  
debitorem, ad id consequendum, quod sibi pignoris nomine abest l. 8. in pr.  
l. 31. & seq. l. 36. ff. de pign. act. Veluti si in conventione deceptus sit, v. g. si  
debitor rem alienam, alii obligatam, vel morbosam obligaverit l. 9. in pr.  
l. 16. §. 1. l. 36. §. 1. ff. eod. licet debitor solvendo sit l. 32. eod. Item si æs pro au-  
to dederit l. 1. §. 2. d. l. 36. §. 1. eod. Item si creditor fecerit impensas in rem ne-  
cessarias l. 7. in fin. l. 8. C. eod. Vel utiles, dummodo voluntate domini ex-  
pressâ vel tacitâ fecerit l. 25. fin. d. r. Item si quid damni ex re pignoratâ sense-  
rit d. l. 31. eod. si debitor tradendo pignus malitiosè versatus fuerit. l. 9. eod.  
illud corruperit, & sic, ne sufficeret pro debito, efficerit l. 27. ff. de  
pign. & hyp. si res ad debitorem sine facto & voluntate creditoris  
pervenerit l. 3. ff. de pign. act. Imo creditor hoc actione ex-  
periri potest, si causa, ob quam res penes debitorem  
fuit, sit finita. l. 22. §. 3. ff. de pign. act.

FINIS

# COROLLARIA.

Ex Jure Publico.

**A**n subditus ob religionis Romanae Catholicae, seu Evangelica Augustanae professionem à magistratu ad emigrationem cogi possit? N.

Si tempore pacificatae religionis non utriusq; ( qui casus satis expressè decisus in Constit. relig. §. Nachdem aber in vielen Frey vnd Reichs Stätten ic. ) sed unius duntaxat religionis exercitium in aliqua Civitate Imperiali in usu fuerit: Anne senatus invitatis civibus aliquam mutationem suscipere potis sit? D.

Ex Jure Civili privato.

An filius familias de bonis adventitiis, quorum usus fructus patri non acquiritur testari possit? N.

An error calculi etiam post approbatam & conclusam rationem argui possit? A.

Ex Jure Canonico.

An differentia Actionum bona fidei & stricti Iuris sit I. Canonico sublata? N.

An in contrahendo matrimonio de I. Canon. requiratur parentum consensus? A.

Ex Jure Feudali.

An Pater possit uni filiorum feudum prælegare, vel uni defendo plus, alteri minus dare? D.

An legitimati per subsequens matrimonium succedant in feudis? N.

Ex Polit.

An magistratus plures religiones in Republica tolerare debeat? D.

An pacificatio Passaviensis sit sublata per Concilium Tridentinum? N.

S. S. Trinitati

Deo Patri, Filio & Spiritui S.

Laus honor & gloria in

sempiterna secula.



1900-1901

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

X 2615926

VB.17



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

Centimetres

Inches

IS ET  
NNEXO-  
TIONIS,

mpendiosè,  
tium:

NUNO,  
PRITATE  
AMPLISSIMI  
imâ ac floren-  
coratensi,

JE JURE HO-  
is DOCTORALIBUS  
tendis,  
i exponit  
gindf /

EDERTZ.

10

1631,2.

5.